¶ Titulus vigeſimus de ꝓlatis ⁊ preficiendis.
Capitulũ primũ ꝑ modum ſermonis.

P

Peccatoꝝ cõ/
fringam cornua: ⁊ exaltabunt
cornua iuſti: pſalmiſta pſalmo
.74. Cornu ſignificat dignita/
tem ꝓpter eminentiaꝫ ⁊ ꝓcipue
epiſcopalẽ: quod deſignat mitra cornuta. Sed
cornua peccatorum.i. ꝓlature maloꝝ confringũ
tur a deo.i. reprobant ꝓpter ambitionẽ ⁊ maluꝫ
uſum: econtra ꝓlationes iuſtorum exaltantur in
preſenti ⁊ in futuro. Unde aplus. Nec ſibi quiſ/
ꝙ̃ ſumat honorem: ſed qui vocatur a dño tanꝙ̃
aaron ad hebre.5. Ex quibus verbis tria poſſũt
eligi circa ꝑficiendum. ¶ Primo diabolica am
bitio excluditur: ibi: nec ſibi quiſꝙ̃ ſumat hono
rem. ¶ Secũdo canonica inſtitutio innuitur: ibi
ſed qui vocatur a dño. ¶ Tertio dñica executio
ſubſequitur: ibi: tanꝙ̃ aaron.i. ꝙ exequatur ſcḋm
dñi officium.

## Quantum ad primum

dicit contra ambitioſos: oĩa cornua peccatoꝝ
confringã: dicũt enim ambitioſi amos.6. Nũqḋ
in fortitudine nr̃a aſſumpſimus nobis cornua?
Sꝫ vt dicit leo papa.i.q.i. principatus. quẽ me/
tus extorſit: aut ambitus occupauit: ⁊ ſi morib⁹
vel actibus ſuis nõ offẽdit: ipſius tñ initij ſui ex/
emplo ẽ ꝑnicioſus: ⁊ difficile eſt: vt bono pagan
tur exitu: q̃ malo ſũt inchoata principio. Aug⁹. ẽt
dicit ꝙ ep̃s eſt nomẽ opis nõ honoris: dicit enĩ
a ſcopos grece qḋ latine interꝑtat intentio: quia
is qui ꝑficitur illis: quib⁹ ꝑficit ſupintendit curã
eoꝝ gerens. Intelligat ꝗ ſe nõ eſſe ep̃m: qui pre
eſſe dilexerit nõ ꝓdeſſe. Ideoꝙ̃ a ſtudio cogno
ſcende veritatis nemo ꝓhibet: qḋ ad laudabile
ꝑtinet ocium. Locus vero ſupior ſine quo popu
lus non põt: ⁊ ſi tenet ⁊ adminiſtret: vt decet: tñ
indecenter appetit. S.q.i. qui ep̃atum.

## Quantum ad ſecundũ

dicit vocari a dño: qui ſcḋm regulas dei ⁊ eccleſie
inſtituit in ꝓlatione: ita ꝙ ſit bonus et canonice
aſſumat. Nã de malis rectorib⁹ dicit dñs.i. Re.
Fecerũt ſibi regem ⁊ nõ ꝑ me principem ⁊ nõ ꝑ
conſiliũ meũ: ſup quo verbo hieronymus.S.q.
.i. Audacter fortaſſe aliquid dicimus: tñ qḋ ſcri
ptum eſt: dicimus. Nõ ſemꝑ princeps populi et
iudex eccleſie ꝑ dei arbitriũ dat: ſed ꝓut merita
noſtra depoſcunt. Si mali ſũt actus noſtri: ⁊ ope
ramur maligna in cõſpectu dñi: nobis dant ꝑn/
cipes ſcḋm coꝛ noſtrũ. Et hoc tibi de ſcripturis ꝓ/
babo. Audi quid dñs dicat: fecerũt ſibi regem: ⁊
nõ ꝑ me ⁊c. Et hoc dictũ videt de ſaule illo: quẽ
vtiꝙ̃ ipſe dñs elegerat: ⁊ regem ſibi fieri iuſſerat
ſꝫ qm̃ nõ dei voluntatẽ: ſꝫ ſcḋm meritũ peccatoris
populi fuerat electus: negat eũ ſua voluntate et
conſilio conſtitutũ. Tale aliquid intelligamus ĩ
eccleſijs fieri: ꝙ ꝑ meritis aut ĩ verbo aut opere
tribuit a deo rector eccleſie: aut ſi malignũ faci/
at in cõſpectu dñi: potius talis iudex eccleſie da
tur: ſub quo famem ⁊ ſitim populus patiat audi
endi verbũ dei: hec ibi. Qualis aũt ſit: qui voca
tur a domino: oſtendit idem hieronymus dicẽs
.S.q.i.c. licet domin⁹. dicit. Licet dñs de conſti/
tuendo principe ꝓcepiſſet: ⁊ dñs elegiſſet: tamen
conuocat etiã ſynagoga. Requiritur ergo in or
dinãdo ſacerdote populi ꝑñtia: vt ſciant omnes
⁊ certi ſint: quia qui preſtantior eſt ex omni po/
pulo: qui doctior: qui ſanctior: qui in omni virtu
te eminentior: ille eligit ad ſacerdotiũ: ⁊ hoc atte
ſtante populo: neq̃ poſtmodũ retractatio cuiꝙ̃:
ne quis ſcrupulus reſideat. Ego tamẽ ⁊ aliquid
amplius vt in eo quod dicit: cõuocauit moyſes
omnẽ ſynagogã: vt hoc ſit colligere omnes ani
mi vires: ⁊ in vnũ congregare virtutes: nihil ĩ ſa
cerdotibus ſapientie: nihil ſcientie: nihil deſit in
duſtrie: ſed adſit omnis multitudo ſenſuũ: adſit
omnis congregatio ſanctarũ cogitationũ.

## Quantum ad tertium

modum ſcḋm pe. de. taren. ꝙ aaron quadruplici ſi
gno in virga oſtenſus eſt vocatus a domino. Et
ꝑ quattuor illa ſpiritualiter habita videtur quis
eſſe a domino vocatus in ꝓlatura. Primum fuit
in virga germinatio: ⁊ intelligit delinquentium
correctio: que debet eſſe in ꝓlato. iſa.xi. egrediet
virga ď radice ieſſe: quod interpretat zelus. Unđ
aug⁹.24.q.3. dicit. Corripiant a prepoſitis ſuis
ſubditi correctione de charitate venientibus ꝓ
culparum varietate: diuerſis vel minoribus vel
amplioribus etiã ipſa que damnatio nomĩatur:
quam facit temporale iudiciuꝫ: qua maior pena
nulla in eccleſia eſſe poteſt: ⁊ infra. Paſtoris ne/
ceſſitas habet: nec ꝑ plures ſerpant dira conta/
gia: ſeparare ab ouibus ſanis morbidam: ab illo
cui nil eſt impoſſibile ipſa forſan ſeparatione ſa/
nandã. Neſcientes enĩ quis ꝑtineat ad ꝓdeſtina
toruꝫ numerũ: quis nõ ꝑtineat: ſic affici debem⁹
charitatis affectu: vt velim⁹ omnes ſaluos fieri
Secundũ qꝛ ipſa virga poſtmodũ floruit: ĩ quo
ſignificatur honeſta cõuerſatio: eccl'ia.4. Flores
mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. Unde hiero/
nym⁹.S.q.i. qualis erit edificatio diſcipuli: ſe in/
telligat ſe magiſtro eſſe maiorẽ? Unde nõ ſolum
ep̃i preſbyteri ⁊ diacones debent magnopere ꝓ
uidere: vt cunctũ populũ cui ꝑſident ↄuerſatiõe
⁊ opere preeant ⁊ ſermõe: verũ etiã inferior gra
dus: vt exorciſte ⁊ ceteri: ⁊ omnes oĩno qui do/
mui dei deſeruiũt: quia valde dei eccleſiam de/
ſtruit: laicos meliores eſſe ꝙ̃ clericos. hec ibi et
di.40.ꝑ totum. Tertium eſt: quia virga ipſa fron
duit: ĩ quo ſignificat verbi ꝑdicatio: pſal. pſalmo
.i. ⁊ folium eius nõ deflu&et: vnde ⁊ di.43.§.i. di
cit ꝙ innocens abſꝙ̃ ſermone: conuerſatio quã
tum edificat eccleſiã exemplo: tanto nocet ſilẽtio

⁊ di. eadem ſit rector ꝑ totū. Quartum quia vir
ga amygdolas ꝓduxit: in quo notatur compaſ/
ſio. i. the. z. ſuſcipite infirmum. Unde leo diſ. 86.
Odio habeant peccata non homines: corrigant
tumidi: tolerent infirmi: ⁊ di. 45. diſciplina. ⁊. 8.
. q. i. ſi petrus. clemens ſi omnibus ꝑeſſe volue/
ris: ſingulos vt poteris releua: quia ⁊ ſingulorū
ſolicitudinem portas. ¶ Miramur ait leo papa
apud vos in tantū aut ꝑ occaſionē temporis im
pacati: aut ꝑ ambientiū pſumptionē: aut tumul/
tum valuiſſe popularem: ꝙ indignis quibuſcꝫ ⁊
longe extra meritū ſacerdotalem ↄſtitutis: paſto
rale faſtigium et gubernatio eccleſie cōmitteret.
Nō eſt hꝰ populo cōſulere: ſꝫ nocere: nō preſta/
re regimen: ſed adiuuare diſcrimen. Integri/
tas enim pſidētiū: ſalus eſt ſubditorū: ⁊ vbi inco
lumitas eſt obedientie: ibi eſt ſana forma doctri
ne: ꝙ ſi in quibuſlibet eccleſie gradibus ſolicite
ꝓuidenterꝗꝫ curandū eſt: vt in domo dñi nil ſit
inordinatum: nilꝗꝫ ꝑpoſterū: quanto magis ela
borandū eſt: vt in electione eius: qui ſup omnes
gradus conſtituit: nō erret. Nam totius familie
dñi ſtatus ⁊ ordo mutabit: ſi qḋ requirit in cor
pore nō inueniat in capite. Et vbi eſt illa beati
pauli apoſtoli ꝑ ſpiritū dei emiſſa ꝑceptio. Ma/
nus cito nemini impoſueris ⁊c. di. 61. miramur.
⁊. 28. di. qḋ ē. Moyſes amicꝰ dei cui facie ad faciē
locutus eſt deus: potuit vtiqꝫ ſucceſſores prima
tus ſui filios ſuos facere: ſed extraneꝰ de alia tri
bu eligit ieſus aľs ioſue: vt ſciremus principatū
in populos nō ſanguini deferendum ſed vite: ac
nūc cernimus plurimos hanc rem beneficiū fa/
cere: vt querant eas in eccleſia colūnas eligere:
nō quos cognoſcunt plus eccleſie ꝓdeſſe: ſed q̄s
vel ipſi amant: vel quorū ſūt obſequijs deliniti:
vel ꝓ quibus maiorū quiſpiā rogauerit: ⁊ vt de/
teriora taceam: qui vt fierēt clerici: muneribus
impetrarūt. hieronymus. 8. q. i. moyſes. ¶ Quis
erit qui ſe idoneū ad hoc. ſ. ꝑlaturā iudicet: niſi
cui oranti ⁊ petenti a dño reuelet: ſicut ⁊ deus
ad moyſen dicit. Aſſume ad temetipſum ieſum
filiū naue hominē qui habet ſpiritū dei in ſemet
ipſo: ⁊ imponēs manus ſup eū ⁊c. nulla hic popu
li acclamatio: nulla conſanguinitatis ratio: nulla
ꝓpinquitatis habita contemplatio eſt. Propin/
quis agrorum ⁊ prediorū relinquat hereditas.
Gubernatio populi illi tradatur: quē deus eligit
homini. ſ. tali: qui habet ſpiritū dei: ⁊ ꝑcepta dei
in conſpectu eius ſūt. Qui moy. valde notus ⁊ fa
miliaris ſit. i. in quo ſit claritas eius legis ⁊ ſcie:
vt poſſint eū audire filij iſrahel. 8. q. i. ſi ĝ talis.
Illud inferendū eſt aduerſus eos: qui de epiſco
patu intumeſcūt: quia non ſtatim omnibus illis
meliores ſūt: quicūꝗꝫ nō fuerūt epiſcopi ordina
ti: Et ex eo ꝙ ipſi electi ſunt: ſe magis extiment
comprobatos. Si aūt peccata filiorum ab epatu
iuſtō ꝓhibent: quanto magis vnuſquiſꝗꝫ conſi/
derans ⁊ ſciens: qꝛ potentes potent tormenta pa
tienter retrahit ſe ab hꝰ: nō tam honore q̄ one/
re aliorum locorū: qui magis digni ſūt: qui am/
biunt occupare: hieronymus. 8. q. i. illud.

¶ De electione ad ꝑlaturā: quis poteſt ⁊ quis nō
poteſt eligere: de tempore ⁊ loco. Ca. ij.

Q Uia ad dignitates
ordinarie venit ꝑ electionem: vel poſtu
lationem ⁊ cōfirmationē: ideo de his agendum
Et primo de electione. Eſt autē electio alicuius
pſone ad dignitatem vocatio: vt colligit de elec.
cum in cunctis. ⁊. c. quia ꝓpter. ¶ Pertinet autē
electio de iure cōi ad collegiū: et ſi ſolū duo vl
tres fuerint: extra eo. c. i. ⁊ de conſue. c. cū dilectꝰ.
63. di. cum adrianus. Sꝫ ſi clerici nō ſūt in eccle/
ſia vt collegium ſed vt ſingulares pſone: tūc ſu/
perior ꝓuidebit ꝑ ſe vel ad pñtationē patroni: ſi
quis ſit vt de iurepatro. paſtoralis. Et electio q
dem nō ſolum ad collegium ꝑtinet: ſꝫ plerumꝗꝫ
de conſuetudine vel priuilegio alieni vocantur:
extra eo: cumana. Unde ⁊ qui eſt in quaſi poſſeſ
ſione iuris eligēdi: eligere pōt: etiā ſi poſtea poſ/
ſeſſionē amittat de iurepatro. cōſultationibus. ⁊
. c. cum propter. ⁊. c. querelam. Item eligere po/
teſt ꝑlatus ⁊ quilibet clericus in quem compro/
miſſum fuerit: vt habet. j. ¶ Quis aūt nō poſſit
eligere. Nota ꝙ excōicatus maiori non poteſt
eligere de appel. ↄſtitutis. ſecus ſi minori de ele.
excō. mini. c. vltimo. Itē nec ſuſpenſus: de cōſue.
cum dilectus. Item nec interdictus: extra eo. cū
inter. Item nec ille qui ſcienter celebrauit in lo/
co interdicto: de ſen. excō. is qui li. vi. Item illi
quibus interdictū eſt eligere abſꝗꝫ ſupioris lnia:
extra eo. c. vltimo. ¶ Item nec illi qui ī ea voca/
tione elegerūt ſcienter indignū: extra eo. cum in
cunctis. ⁊. c. innotuit in fi. Nam tales ſūt ipſo iu/
re ea vice poteſtate eligendi priuati. Et idē dicē
dum ſi peccauerint in poſtulando: extra eo. ſcri
ptum. Et hoc verum eſt: qñ facta nominatione
ſequitur electio vel poſtulatio. Secus ſi nō ſequa
tur: quia tunc nō eſſent ꝓpter hoc priuati: extra
eo. ꝑpetuo li. vi. Item eligere nō poſſunt: q pec/
cauerūt in forma electionis: quia debent priua/
ri iure eligendi: extra eo. quia ꝓpter. ¶ Item nec
illi qui neglexerūt vſqꝫ ad lapſū tempus: ď quo
vide in. §. ꝓximo. Item nō poſſunt eligere pu/
pilli: nec etiam in locis regularibus: qui nō ſunt
ꝓfeſſi tacite vel expreſſe. Sꝫ neqꝫ cōuerſi: extra
de elec. ex eo. li. vi. Item in cathedralibus col/
legiatis ſecularibus vel regularibus eccleſijs vo
cem nō hñt: qui nō ſūt ſubdiaconi: nec in eligēdo
nec in alijs factis capituli: etiā ſi ab alijs libere
concedat: vt de eta. ⁊ q̄li. vt hi in ele. Infra quā/
tum temporis debeat fieri electio. Nota ꝙ in
eccleſia cathedrali vel regulari hñt electores tē
pus trium menſium: infra quos ſi iuſto impedi/
mento ceſſante nō elegerint: ad ꝓximū ſuperio/
rē deuoluit: extra eo. ne ꝓ defectu. Deinde debet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

electores pñtare electum ⁊ petere conſenſũ eius
infra octo dies:poſtq̃ cõmode pñt:alioquin ne/
gligentes excludunt a ꝓſecutione ꝓceſſus: ⁊ ſũt
ſuſpenſi per tres annos ab omnibus beneficijs
ipſius eccleſie:extra eo.cupientes li.vi. Electus
vero tenet̃ conſentire infra menſem a pñtatione
alias priuatus eſt iure electionis electus:niſi for
te ea ſit electi conditio:ꝙ nõ poſſit ꝯſentire abſ/
q̃ lĩa ſuperioris:quo caſu tenet̃ electus vel ele
ctores petere lĩam cũ ea celeritate:quam ſupe/
rioris abſentia vel ꝑſentia patitur:⁊ ſi nõ habea
tur:ex tũc ad electionẽ ipſam ꝓcedant. Quilibet
etiã clericus electus infra tres menſes poſt con/
ſenſũ tenet̃ petere confirmationẽ: al's irrita ẽ ele
ctio:extra eo.de elec.q̃ ſit li.vi. Idem ſi petẽda
ſit cõfirmatio a papa: q: tũc electus tenet̃ infra
menſẽ poſt conſenſũ:vel ſi nõ fuerit ei electio pre
ſentata infra menſẽ a noticia:iter arripere verſuſ
curiam:⁊ ſic petere cõfirmationẽ:ac negociũ ꝑ/
ſequi:vt in ꝑdicto.c.cupientes. In alijs vero ec/
cleſijs debet ꝓuideri infra ſex menſes:al's codez
ꝑdicto modo ad ꝓximũ ſuperiorẽ deuoluit̃:ex/
tra de ꝑben.de multa.⁊ de cõceſ. ꝑben.nulla ⁊c.
De irregulari vero dubiũ videt̃ vtrũ poſſit eli/
gere nec in iure reperitur expreſſe. Legi tñ in actis
cuiuſdã capituli generalis ordinis ꝑdicatoꝝ de/
claratũ tales nõ poſſe eligere. ¶ In quo loco fie
ri debet electio. Nota ꝙ põt fieri in eccleſia vel
capitulo vel alio honeſto loco ſimili ⁊ maxime
iuxta conſuetudinẽ: extra eo.in cauſis. Sed ta/
men electiones epoꝝ ꝑcipue ĩ eccleſia fieri ſolẽt
extra eo.ꝙ ſicut. Sz ex cauſa etiã extra ciuitatez
fieri pñt:vt.23.di.in noĩe. Et nõ debent fieri an/
te ſepulturã ꝑdeceſſoris:extra eo.bone memo/
rie.ſi tamen fierent: valerent. Omnes electores
qui in ciuitate ſunt:debent vocari ad electionez
verbo vel ſcripto ſigno vel ꝯſueto ſigno campa
ne. Item qui ſũt in hortis ciuitatis:ar.ff.de ꝓcu/
ratoribus.l.i. Itẽ debẽt vocari oẽs qui ſũt in ꝓ/
uincia ꝑ lr̃as vel ꝑ nunciũ:extra eo.corã. Hoc di
co ſm ꝯſuetudinẽ obſeruandũ. Et ſi vocati ad
ꝯpetentẽ terminũ eis aduocantibus aſſignatuz
nõ veniãt:nõ oportet vlteriꝰ eos expectari:extra
eo.cũ inter.⁊.c.cum nobis. Abſens aũt elector ſi
iuſto ĩpedimẽto tenet̃:põt inſtituere ꝓcuratorez
⁊ cõmittere vni vel plures vices ſuas: dũ tñ cui
libet eoꝝ in ſolidũ:⁊ erit melior ꝯditio occupan
tis. Qz ſi ambo ꝯcurrant:⁊ petant admitti:nõ ad
mittant̃ ambo:ſz ille quẽ capitulũ vel maior ps
capituli elegerit. Et ſi nõ ꝯcordent:admittet̃ ille
ꝗ primo noĩatus eſt in cõmiſſione. At ſi nullus
ſit in ſolidũ nõ valet. Quando autem ꝓcurator
vnũ noĩat ꝓ ſe:⁊ aliũ ꝓ parte illius qui ſibi com
miſit:nihil agit:niſi de certa pſona habuerit ſpe/
ciale mandatũ:quia tunc alium noĩe ſuo poterit
eligere. Porro ſi nullus de collegio vult eſſe ꝓ/
curator:nõ poteſt abſens nolente capitulo extra
neum deputare. Nõ etiã põt ꝑ litteras exprimẽ
votum ſuũ:hec omnia de elec.ſi quis iuſto li.vi.

Si aũt aliquis electoꝝ contemptus nec vocatus ẽ
ad electionem:ad petitionẽ eius caſſanda eſt ele
ctio. Poteſt tñ ſi vult eã ratam habere:extra eo.
ꝙ ſicut. Poteſt aũt elector quilibet renunciare
voci ſue:q: ⁊ poteſt renunciare iuri ſuo. Et talis
qđ poſtea ſit ꝑ alios non poterit impugnare. Si
tñ talis accedat electione nõ dum facta admittẽ
dus eſt:etiã in omnibus que reſtant faciẽda cir/
ca ipſã:extra eo.eccleſia veſtra. ¶ De forma ſeu
modo electionis. Nota ꝙ eſt triplex modus.ſ.ꝑ
ſcrutiniũ ꝑ compromiſſũ ⁊ ꝑ cõmunẽ inſpiratio
nem:⁊ de his dicit Inno.extra de elec.q: ꝓpter
Statuimus:vt cũ electio fuerit celebranda:pñ/
tibus omnibus ꝗ volũt ⁊ debent ⁊ pñt cõmode
intereſſe:aſſumant̃ tres de collegio fidedigni: ꝗ
ſecreto ⁊ ſigillatim vota cunctorũ diligenter ex/
aminent ⁊ exquirant: ⁊ in ſcriptis redacta mox
publicent in cõmuni: nullo ꝓrſus appellationis
obſtaculo interiecto:vt is collatione habita eli/
gatur:in quẽ omnes vel maior pars ⁊ ſanior ca/
pituli conſentit:vel ſaltim eligendi poteſtas ali/
quibus viris idoneis cõmittat̃: qui vice omniũ
eccleſie viduitate ꝓuideant de paſtore:aliter ele
ctio facta nõ valeat: niſi forte ꝯmuniter eſſet ab
omnibus:quaſi ꝑ inſpirationẽ abſq3 vicio cele/
brata Qui vero ꝯtra preſcriptas formas eligere
attẽtauerit:eligendi ea vice poteſtate priuentur
hec oĩa Inno.in.c.quia ꝓpter. Ubi primo nota
ſm hoſti.ꝙ hec decretalis locũ ſibi vendicat in
omnibus beneficijs: quoruz collatio ſpectat ad
collegium aliquod:dũmodo tot ſint de collegio
ꝙ ſeruari poſſit. Unde ſi eſſent tantũ tres de col
legio:nõ põt ſeruari forma. Unde tunc inſimul
eligent:⁊ duo ſcrutabunt̃ tertium:vel ſi duo ſũt
tantũ: vnus aliũ ſcrutabit̃. Qz ſi ſolus ſit:in quez
reſidet ius eligendi:ille ſolus vocatis teſtibꝰ ex/
primet votũ ſuũ:⁊ poſtea eliget: ⁊ electionẽ pu/
blicabit. Unde Inno.in glo. nõ credit ꝙ iſtud.ſ.
ꝙ ſint tantũ tres: ⁊ ꝙ ſint de collegio: ſit de ſub/
ſtantia forma. Sed hoſti.⁊ goff. contrarium di.
cunt:cum ſcilicet poteſt ſeruari. Collige ergo qđ
de ſubſtãtia forme cuz proceditur:per ſcrutiniũ
ſunt iſta:primo ꝙ electores congregentur. Se/
cundo ꝙ aliqui ſcrutatores aſſumantur. Et regu
lariter debent eſſe tres: qui ſimul debent vota
ſingulorũ in ſecreto exquirere. Et primo ſeipſos
perſcrutabuntur : deinde alios ſigillatim ⁊ ſe/
creto: ⁊ hoc vt quilibet liberius dicat votũ ſuũ.
Qz ſi fieret inquiſitio votorum in publico: non
valeret electio: ẽt ſi oẽs conſentirent:extra eodẽ
in geneſi. Unde ⁊ requiritur tertio:ꝙ ſecreto ex/
quirant vota ſigillatim:quãuis non obſit:ſi ali/
qui in capitulo exiſtentes non reſpondeant: vel
captioſe reſpondeant. Nec obeſt:ſi aliqui de ca/
pitulo non requirantur:dummodo ſuum contẽ/
ptum non proſequantur. ¶ Quarto ꝙ vota in
ſcriptis redigantur: ⁊ hoc per notarium: vel qđ
melius eſt vnus de ſcrutatoribꝰ ſcribet videnti/
bus alijs duobꝰ. Et ſi qs vellet ꝯdicere ſtabitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcripture:ex̄ de teſti.preterea. Quinto ꝙ vota
ſcripta mox publicentur in cõmuni.ſ.in capitulo
ſeu loco: vbi fit electio. Nec obeſt ſi in capitulo
ſunt aliqui extraneireligioſi vel alij. Sexto ꝙ
collatio habeatur ſaltim de numero ad numerū
quis ſit maior:ꝙ ſi omnes vnū eligunt:habēda
eſt collatio:ſi aliquis eſt contemptus vel aliquis
admiſſus nõ vocalis:vel de conditione electi:ſ;
ſm quoſdam ſi hec collatio omittit̄: tenet elec/
tio:qñ omnes vnū eligunt. Secus ſi nõ omnes
vnum ſed diuerſos. Et tunc facienda eſt triplex
collatio.ſ.numeri ad numerū:zeli ad zelum:me/
riti ad meritū. Si tamen vna pars eligentiu; ſit
duplo maior in numero altera: nõ poteſt ei op/
poni de extenuatione zeli vel meriti: extra eo.ſi
quando li.vi. Si autem occurrit aliquod dubiū
diſcutiatur plene: extra eo.cum terra. Et in nu/
mero eligentiū nõ põt computari electus:q: nul
lus poteſt ſe eligere: de elec.cumana. Septio
ꝙ ſequatur electio communis:⁊ fiet ab vno vice
omniū eligentium illum nominatum. Octauo
ꝙ eligatur ille:in quē maior ⁊ ſanior pars cõſen
ſerit. Nota etiam ſm gof. ꝙ publicato ſcrutinio
illi qui ſunt de maiori ⁊ ſaniori numero: cum.ſ.
vota diuidunt̄ in diuerſos: nõ poſſunt variare
vota ſua:⁊ accedere ad minorem partē. Sed illi
qui ſūt de minori numero:accedere poſſunt ad
illos de maiori numero:quia is d; eligi: in quē
maior pars conſentit. Unde publicato ſcrutinio
⁊ facta collatione tūc maior pars dicet minori.
Quia maior pars conſentit in tale;:vnde ille de
bet eligi:ſi placet vobis cõiter eligam⁹. Et ſi ac/
quieuerint omnes:tūc vnus electorū cū ꝓnun/
ciabit electum: dicet. Ego talis vice mea ⁊ om/
niū electorum eligo talem. Si aūt aliquis nõ ac
quieuerit:dicet. Ego taliſ vice mea ⁊ omniū alio
rum qui mecū conſentiūt⁊eligo talem ⁊c̄. Et
nota ꝙ electio facta contra ꝑdictam formam.i.
ſi aliquid omiſſum eſt:irritat̄ ⁊ annullat̄. Et ſm
Innocen.ipſo iure. S; ſm hoſti.⁊ Ber.ꝑ ſn̄iam
ſuperioris eſt irritāda:extra eo.cumana. Et hoc
magis placet. Et ſi ꝑ viam facti ſcrutinij null⁹
poſſet eligi:puta quia ſūt in pari numero: põt ꝓ/
cedi ad ſecundū ⁊ tertiū ſcrutiniū:donec aliquis
eligi poſſit. Item nota ꝙ in electionibus vota in
certa ⁊ conditionata nõ valent: ⁊ debent haberi
ꝓ nõ adiectis:puta cum dicit̄: conſentio in illu;
in quē conſentit talis:vel ſi petrū habere nõ po/
tero:conſentio in Johannē:⁊ ſimilia:de elec.c.in
electionibus li.vi. Item in omni electione vl̄
poſtulatione: ſi dicat̄: eligo talē poſtulando vel
ī poſtulandū:ſeu poſtulo eligēdo vl̄ eligendū vl̄
in eligēdo:nil agit. Et ſiāt ſub hac forma. Eligo
⁊ poſtulo ꝓut melius de iure fieri poteſt: niſi qñ
ꝓbabiliter dubitetur vtrū aliquis ſit eligendus
vel poſtulandus. Quo caſu ſic electus vel poſtu
latus: tenetur vnam tantū determinatam viam
acceptare:extra de poſtula.ꝑpetuo li.vi. Ele/
ctio autem ſemꝑ debet fieri ꝑ verba numeri ſin
gularis:ſiue fiat ꝑ ſcrutinium ſiue ꝑ compromiſ
ſum:al̄s facta nõ valet:extra eodem ſicut li.vi.
Quando poteſtas eligendi deuoluitur ad aliū
Nota ꝙ in cathedralibus eccleſijs ſi infra tem/
pus trium menſium nõ eligant:deuoluitur ad ꝓ
ximum ſuperiorem:⁊ ſic vſq; ad papam. Si ve/
ro eligant ſcienter indignum:⁊ ſic ſūt priuati iu/
re eligendi:vel priuent̄ ꝑ ſententiam:quia nõ ſer
uant debitam formam ad papam deuoluit̄. In
inferioribus autem eccleſijs ſemꝑ ad ꝓximum
ſuꝑiorē deuoluit̄:extra eo.titulo li.vi. de hoc ēt
.ſ.§.3. Caſſanda eſt electio illius: qui requiſi
tus anteq̄; eſſet electus:conſenſit electioni de ſe
faciende:quia ꝑſumitur ambitioſus: extra eo.et
cum poſt petitam. Item quando maior pars
capituli deficit in electione.ſ.cõmittendo viciu;:
electio deuoluitur ad pauciores: vt notatur ex/
tra de poſtula.c.2. Item etiam deuoluit̄ ad vnū
ꝓpter omnium aliorum delictum.65.di.ſi forte
extra eo.bone.ꝙ ſi omnes deliquerunt: deuol/
uitur ad ꝓximum ſuperiorem. Electiones clan
deſtine reprobant̄:extra eo.q: ꝓpter. Et dicunt̄
clandeſtine: que in cameris ꝑ occulta conuenti/
cula fiunt.79.di.c.2.⁊.c.ſi tranſitus. Similiter ⁊
ille: quas electores inter ſe ſecretas tenent: cum
celebrate debeant ſolenniter publicari: vt in dic
to.c.quia ꝓpter. Nota ꝙ qui ſcienter eligit indi/
gnum:nulli dubium:ꝙ peccat mortaliter:q: in/
fideliter agit contra charitatē:cum inferat nota/
bile damnū eccleſie: cū nemo amplius in eccle/
ſia noceat:q̄; malus prelatus ſm gregorium di.
.83.nemo. Unde ⁊ leo papa. Sicut bonum ſibi
operis fructum comparat: qui rectu; tenet in eli
gendo iudicium:ita graui ſemetipſū afficit dam
no:qui ad ſue dignitatis cellegium ſublimat in/
dignu; ſacerdotē:di.61.miramur. Et ſm thomā
ſecunda ſecunde.q.185. nõ debet eligi ad digni/
tatem vel regimen melior ſimpliciter.i. qui ha/
bet maiorem charitatem: ſed melior ſm quid.i.
ad illud officium:qui.ſ.ſciat:⁊ poſſit eccleſiā me
lius iuuare defendere ⁊ inſtruere ⁊ edificare. Itē
qui eligit aliquem ad aliquā dignitatem vl̄ offi/
cium ꝓpter odium ⁊ ingratitudinem:tenetur ei
ad omne damnū:quod ei accidit inde ſm gloſā
di.74.honoratus.⁊.C.ſi ꝑ inimicitias creatio fa
cta ſit.l.vna. ⁊ peccat mortaliter quia cõtra cha
ritatem. Quis poteſt eligi? R̄ñ.eligendus ē do
ctor ⁊ ſanctior:cuius cõparatione ceteri grex di
cantur:di.25.⁊.8.q.i. licet ergo. ⁊ qui ſit de legi/
timo matrimonio ⁊ etatis legitime:extra eo.cu;
in cunctis. Nam ep̄us debet eligi.30. annorum
completorum. Inferiores vero p̄lati ⁊ alij qui
curam debent habere animarū:requiritur ꝙ at/
tigerint.25. annum: al̄s eligentes ſunt poteſtate
eligendi illa vice priuati vt dictum eſt ſupra.
Subdiaconus quoq; poteſt eligi in epiſcopum:
extra de eta.⁊ quali.a multis. Item qui ad vna;
dignitatem reputatur dignus: ſi poſtea eligitur
ad alia;:dignus debet reputari:diſtin.74.geſta.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fallit quandoqꝫ: quia licet tolerꝫ quis ĩ officio
minori: non ꝓpter hoc in maiori tolerari debet
indignus. 12. di. nos ꝯſuetudinem. Abbas quoqꝫ
exemptus bene pōt eligi ſiue in epm̄ ſiue in ab/
batem eiuſdē regule ⁊ habitus. Sꝫ nō pōt tran/
ſire ſine lnīa pape vel legati de latere: ſi ſit in ꝓ/
uincia: extra eo. ſi abbatem li. vi. ¶ Religioſus
quoqꝫ licet nō expreſſe ꝓfeſſus quin etiam no/
uitius eligi pōt ad epatum: extra eo. nullus li. vi.
De clericis alterius dyoceſis vtrum poſſint eli/
gi: vide. ĩ. poſtulatio. §. 3. ¶ Quis non pōt eligi?
Rn̄. Nō pōt eligi excōmunicatus maiori excō
municatione: extra de appel. conſtitutis. i. Item
nec excōmunicatus minori qui ſi ſcienꝫ electus
fuerit: caſſanda eſt electio: extra de cle. excō. mi/
niſtran. ſi celebrat. Item nec ſuſpenſus nec inter/
dictus: qꝛ interdictum nō ſeruauit: extra de po/
ſtula. c. i. ⁊ c. cum dilectus. Itē nō debet eligi pſo
na: cui aliquid obſiſtit de impedimentis circa or
dinandos: de quibus habeꝫ. ſ. de ordinandis p
totum. Item nec qui ꝓ viciū pſone ſemel repro/
batus fuit: talis enī nec ibi nec alibi eligi poteſt:
extra eo. ſup eo. Secus aūt ſi caſſata fuit electio
ꝓpter vicioſum ꝓceſſum: qꝛ tūc nō impediꝫ ꝓ/
motio eius etiā in eadem eccleſia: vt in dicto. c.
ſup eo. ⁊ c. innotuit. Item nō pōt eligi epſ. ſ. qui
iam eſt alligatus alteri eccleſie: ſed pōt poſtulari
ſ. a papa: extra de poſtula. c. fi. Item in ꝑlatum
religioſoꝝ nō poteſt eligi niſi expreſſe ꝓfeſſus:
alias nō valet electio: extra eo. nullus li. vi. Nec
etiam aliquis qui ſit alterius religionis vel ha/
bitus: extra eo. cū rationi in cle. Itē nullus reli/
gioſus pōt eligi: ſi trāſit de ordine mendicantiū
ad nō mendicantes: vt habes. ĩ. ti. de religio.
Electus poſt conſenſum cōiungiꝫ vt ſponſus ec/
cleſie viduate: extra eo. cū inter. extra de trāſla.
inter corporalia. §. i. ⁊ 2. Item electio gignit con
firmationē: extra eo. nihil. Confirmatio dat ad/
miniſtrationē: extra eo. ex tranſmiſſa. De confir/
matione vide. ĩ. Confirmatio electorū. Si
electus ante ꝯfirmationē adminiſtrat: remouen/
dus eſt: extra eo. qualiꝫ. niſi in ſūmo pōtifice: qui
eligendo confirmaꝫ: di. 23. in noīe dn̄i. vel niſi ſic
adminiſtranti parcaꝫ: extra eo. noſti. vel niſi pti/
neat ad papā confirmatio: ⁊ ſit valde remotus a
ſede apłica: qꝛ tales ſi ſint in concordia electi ad
miniſtrare pn̄t etiā ante: ita tamen ꝙ nihil peni/
tus alienet: extra eo. nihil. Nec pōt eis cōmitti
adminiſtratio ſub noīe iconomiatus vel ꝓcura/
tionis ⁊ hiꝰ nec in toto nec in parte nec in ſpūali/
bus nec in temporalibus: ꝙ ſi ſuſceperint: ꝑua/
ti ſunt omni iure ipſius electionis: extra eo. aua/
ritie li. vi. Duas electiones in vna eccleſia de
ſe factas nemo poteſt ꝓſequi: ſed vnā tantū eli/
gat: extra eo. vt quis li. vi. An religioſo acqui
ratur ius electionis extra ordinē ſuum. Nota ꝙ
nulli religioſo ꝑdicatorū minorū heremitarū ⁊
quorūlibet mendicantiū ex electione ꝓuiſione
poſtulatione ſeu vocatione ad ꝑlaturā extra ſuū
ordinem in diſcordia facta in ius aliquid acqui
ritur: nec ipſe conſentire pōt etiā lnīa habita: ex/
tra eo. quorūdam li. vi. Et debet intelligi de diſ
cordia q̄ eſſet ſiue de iure ſiue de facto vt in cle.
eo. titulo ꝙ circa. Sꝫ ⁊ alijs religioſis nō acqui/
riꝫ ius in electionibꝰ nec conſentire pn̄t ſi fuerint
a minori pte in nūero: vt in dicto. c. quorūdam.
Et nota ꝙ ſi religioſus electioni de ſe facte ad ꝑ
latione aliquā extra ſuū monaſteriū vel eccleſiā
nō petita lnīa ⁊ obtenta ꝯſenſerit: ꝯſenſus nō va
let: ⁊ electio ipſa viribus vacuaꝫ. Sꝫ nota ꝙ ꝑla
ti religioſoꝝ irrequeſitis conuentibus pn̄t hiꝰ li/
centiā dare: extra eo. ſi religioſus li. vi. ¶ Nō au
tem valeret lnīa: que ꝯcedereꝫ ꝓ futura electio/
ne: quā fieri cōtigerit: extra eo. cū conceſſo ĩ cle.
nec aliquis religioſus pōt ꝑfici in aliqua eccłia:
que clero careat ⁊ populo xpiano: vt in cle. c. ti.
in pleriſqꝫ. ¶ Quid ſi due electiones fiant? Rn̄.
ſm̄ hoſti. ſi ſimul ⁊ incontinenti fiunt: puta qꝛ in
ſcrutinio diuiſa ſūt vota: tūc illa valet: que melio
ribus ⁊ maioribꝰ meritis adiuuaꝫ: extra eo. licet
in fine. ⁊ c. dudū. Si vero electiones fiāt ex inꝫ/
uallo: ⁊ prima fuerit rite facta: illa valet: imo etiā
ſi prima annullanda ſit: ſecūda nihilominꝰ caſſa
ri debet: extra eo. bone memorie. niſi gratia fiat:
ſicut quidā intelligunt: extra eo. bone memorie.
ſimiliꝫ etiā caſſanda eſt ſecūda: etiā ſi prima nul
la fuit: ꝓpter cauſā nōdum patentē: extra eo: cō/
ſiderauimꝰ. ⁊ c. auditis. Et ſi prima ex cā noto/
ria nulla fuit: valebit ſecūda rite facte: extra eo.
de ſupplen. neg. pla. c. fi. ⁊ extra eo. venerabilē. c.
fi. Sūt caſus in quibꝰ electores iterū pn̄t eligē
vt puta ſi electus nō vult conſentire: ⁊ ſi poſt cō
ſenſū renunciat iuri ſuo: vel moriꝫ: vel ꝓpter oc/
cultum eius viciū irritaꝫ: ⁊ in his caſibus habēt
electores integrū tempus a diſſenſu vel renūcia
tione vel morte ſeu irritatione: ac ſi vacatio non
eſſet: dūmodo nil egerint fraudulenꝫ: extra eo. ſi
elec. li. vi. Circa electiones monialium. Nota
ꝙ nulla debet ad electionē admitti: niſi. 12. annū
peregerit: ⁊ ꝓfeſſa fuerit tacite vł expreſſe. Nec
in abbatiſſam vel prioriſſā: vbi ꝑ prioriſſā gu/
bernaꝫ: eligi pōt: niſi poſt trigeſimum annū: ⁊ ni
ſi fuerit expſſe ꝓfeſſa. Itē nota ꝙ cū ꝑ ſcrutiniū
ꝓceditur: illa electio que a duabus partibus fue
ritꝰ celebrata nō obſtante appellatione partis al/
terius: premiſſa tamen diligenti examinatione:
ſi alꝰs fuerit inuenta canonica confirmetur: ⁊ be/
nedicenda benedicatur. Si autem nulla electio/
num eſſet a duabus partibus celebrata: tunc nō
obſtante: ꝙ ſit publicatum ſcrutinium aut etiam
ad electionem proceſſum: poſſunt alie monia/
les anteqꝫ ad actus extraneos diuertant: ad illaꝫ
accedere: que a maiori numero eſt electa: ⁊ ſi ſꝑ
hoc veniatur ad duas partes: cōfirmetur: vt pri/
us dictum eſt: ſed nihilominus contra eā ſic ꝯfir
matā poſtqꝫ fuerit ĩ adminiſtratiōe: poterūt alie
opponere ĩ modū denūciationis vł accuſatiōis:
et a dignitate remoueatur. Et ſi ad aliam que a

maiori parte electa eſt. alie volunt accedere: vel nõ tot: ꝙ aſcendant ad duas partes: tũc ſup obiectis que faceret pars altera: ⁊ ſup alijs que ſunt inquirẽda: plane ⁊ ſine ſtrepitu iudicij ꝑ ſuperiorem inquiratur: anteq̃ꝫ confirmet̃: ſed ipſa interi in ſpiritualibus ⁊ temporalibus adminiſtret: ita tamen ꝙ de rebus monaſterij nihil alienet: nec monialem recipiat. Si qua vero a minori parte nominata vel electa fuerit: nõ valet nec põt predicto modo ad eam accedi. Item nota ꝙ nũq̃ꝫ in electionibus monialiũ debet fieri collatio zeli ad zelũ nec meriti ad meritũ: ſed ſolum numeri ad numerum. Si vero ꝓceditur ꝑ formam cõpromiſſi: ſi minor pars ſe opponit electe: nihilominus confirmetur ⁊ benedicatur contradictione partis nõ obſtante. Si aũt maior pars ſe opponet: differetur confirmatio vel infirmatio: donec de obiectis ⁊ alijs fuerit inquiſitum: ſed interim adminiſtrabit: vt ei ꝑmittitur: niſi pars opponentiũ fuerit duplo maior: q2 tunc nõ adminiſtrabit: ſꝫ expectabit litis euentũ. ¶ Itẽ nota ꝙ ſi in hiꝰ electionibus ꝯtigerit ad curiã appellari: debent cauſe exprimi ſm modũ conſtitutionis vt circa extra eo. li. vi. ſed nõ debent ipſe ire: ſꝫ potius ꝓcuratores conſtituere. Itẽ nota ꝙ hi qui euocantur ad dirigendas moniales in electionibus: niſi abſtineant ab his: ꝑ que inter eas oriri poſſet circa hoc diſcordia vel nutriri: excõicati ſunt: ⁊ hec omnia p̄dicta habent locũ: etiã apud mulieres que viuunt quaſi canonice: excepto de ꝓfeſſione: quia tales nõ ꝓfitent̃: hec omnia extra eo. indemnitatibus li. vi. ¶ De confirmatione electionis habes. j. confirmatio electorũ per totum. De electione pape: de ſimonia que cõmittitur in electione: ⁊ quomodo nõ valet: ſupra in ſecũda parte ti. i. c. i. ¶ De excõmunicatione quã incurrunt illi: qui grauant electores in ſe vel ſuis conſanguineis in ꝑſona vel rebus: ꝓ eo ꝙ noluerunt eligere illũ: quem volebant: habes. j. in. 4. parte ti. i. ¶ De electione ꝑ cõpromiſſionẽ. Nota ꝙ eligendi poteſtas põt alicui vel aliquibꝰ cõmitti: extra eo. cũ noſtra. ſed competentius committat̃ in numero impari: extra eo. in cauſis. ⁊ c. cum dilectus. ⁊ c. cum in iure. ⁊ vni cõmitti põt etiam nõ p̄lato: extra de renunc. poſt tranſlationem. Nec requirit̃: ꝙ hi quibus cõmittitur: ſint de collegio: extra eo. cauſam que. Sed tamen in hac commiſſione: ſi vnus diſſentiat: nõ ſeruatur forma: nec valet: extra eo. q2 ꝓpter. ⁊ c. cum dilectus. nec enĩ cogitur quis iuri ſuo renũciare inuitus: extra qõ metus cauſa abbas. ⁊ c. ad audientiam. ¶ Itẽ nota ꝙ re integra talis poteſtas reuocari poteſt: extra eo. in cauſis. ¶ Illi ĩ quos poteſtas eligendi cõmittitur: poſſunt de perſona cuiuſq̃ꝫ loci ꝓuidere: ar. 63. di. lectis. ⁊ c. reatina. Tutius tamen ⁊ melius eſt: ꝙ de ipſa eccleſia eligant: extra eo. ꝙ ſicut. ⁊. 23. di. in nomine dñi. Nõ valet cõmiſſio ſub hac forma: vt quis queſitis votis in ſecreto illum eligat: in quem plures conſenſerint: extra eo. ſi cui li. vi. ¶ An compromiſſarij poſſint vnum de ſe eligere? R̃n. Si habetur ex forma compromiſſi: poſſunt: alias nõ: extra de ſortil. c. vltimo. ⁊ extra eo. cumana. Siue cõmiſſum ſit vni ſiue pluribus: electio debet fieri per verba ſingularis numeri: alias non valet: extra eo. ſicut li. vi. ⁊ de ſen. ⁊ re iudi. cum ab vno li. vi. ¶ Compromiſſarius ſi nõ eligat infra tempus electionis a iure ſtatutum: ad ſuperiorem poteſtas deuoluit̃. Si vero eligat indignũ ſiue ſcienter ſiue ignoranter: eligẽdi poteſtas reuertitur ad electores: niſi ſcienter electionem factam ratam haberent: ⁊ eodem modo reuertit̃ ad eos: ſi eligit idoneũ: ⁊ ille nõ conſentit. Porro compromiſſarius quando eligit ſcienter indignum: nõ puniuntur compromittentes: niſi ratũ habuerint: ſed ipſe ſuſpenſus eſt triennio a beneficijs: que obtinet in illa eccleſia quam ſic eligẽdo offendit. Sed hoc nõ habet locum: ſi cõpromiſſarius ſit epiſcopus: extra eo. ſi compromiſſarius li. vi. ¶ Et nota ſm archiepiſcopum: ꝙ ſi is in quem compromittitur: habet poteſtatem confirmandi: ſi acceptat compromiſſum in ſe factum: nõ eſt neceſſe: ꝙ prius eligat: poſtea cõfirmet: ſed ſufficit ꝙ ⁊ inſtituat illum in p̄latum vigore ſue p̄lationis ⁊ cõmiſſionis ⁊ ſue auctoritatis: de quo ſibi videtur.

## De tertio modo electionis.

ſ. ꝑ cõmunẽ inſpirationẽ: qui nõ eſt multũ in vſu: non reperitur determinata forma: ⁊ ideo quomodocũq̃ꝫ declarent ſuam voluntatẽ electores: dũmodo ſint inſimul congregati vt debent: ſufficit: ſiue quilibet dicat vnus poſt vnum. Ego eligo talem in p̄latum talis loci: ſiue oẽs ſimul. Ego eligo talem. ¶ Eſt tamen neceſſarium: vt nullus diſcrepet elector a voluntate ꝓcedendi ꝑ iſtũ modũ: alias ſi etiã vnus non vellet: oporteret ꝓcedere ꝑ viam ſcrutinij: ſicut etiam dictum eſt: cum ſit ꝑ compromiſſum. ¶ De decreto electionis dicit gratianꝰ. 60. di. §. ſꝫ aliud ẽ. ꝙ electio ſit cũ ſolẽnitate decreti omniũ ſubſcriptiõibꝰ roborati: qd ꝓbat ꝑ. c. ſequẽs. Decretũ hic dr̃ lr̃a: que mittit̃ ſupiori: q hꝫ ꝯfirmare electũ: in qua exprimit̃ modus electiõis celebrate: ⁊ nõia electorũ ſeu electi ⁊ eligẽtiũ: vt poſſit ſupior ꝯprehẽdere ſi canonice ẽ electio celebrata. Et q̃rit ibi gl. vtrũ ſit adeo neceſſariũ hoc decretũ: ꝙ ſine ipſo ñ valeat. R̃ndet ꝙ nõ: q2 ⁊ ſine ipſo valet. Vñ qñ ſuperior ẽ pñs in domo: recitant verbotenꝰ geſta ĩ electione ꝑ vnũ eligentiũ: ſꝫ qñ ẽ abſens: tũc mittitur tale decretũ.

¶ De poſtulatione. Capitulũ tertium.

## Poſtulatio quid ſit

R̃n. ſm hoſti. licet goff. dicat: ꝙ poſtulatio eſt gratie petitio: ar. extra eo. bone. tu dic ꝙ poſtulatio eſt alicuius perſone: que eligi prohibetur non ꝓpter vicium ſed propter defectũ: qui

tamen poſtulatus nō omnino inhabilem reddit
ad ꝓuidendum eccleſie concors ⁊ certa petitio
capituli. ¶ Quis ſit poſtulandus vel nō. Rñ. ho
ſtieñ. In primis quidē nō poteſt poſtulari crimi
noſus: puta periurus homicida vel inobediens:
tales eni nec eligi nec poſtulari pñt: extra eo. c. i.
Nota tñ ꝙ illud. c. i. loquit̄ de inobedientia cō/
tumacie: cū quis nō paret ſententijs ſuoꝝ p̄latoꝝ
⁊ qđ dicit̄ de periuro: credo ꝙ intelligit̄ de eo q
ꝑſententiā eſt iudicatus piurus: non de periurio
qđ fit in cōi ſermone: vel alias nō notorio. Itē
nō pfeſſus tacite nec expreſſe nō poſtulatur ī re/
gularem p̄latum: ſicut nec eligit̄: extra de elec. cū
cauſam. ⁊ c. cum ad noſtrā. niſi neceſſitate inſtan
te: quia tūc poſſet: dūmodo in regula fuerit com
petenter inſtructus: ſicut poteſt intelligi extra de
elec. cū ad monaſteriū. ⁊ c. offi. §. fi. ¶ Itē nō po
ſtulat̄ epilenticus ſicut nō eligit̄: extra de elec. cū
inter canonicos. niſi forte ſit liberatus: ita ꝙ per
annū iā fuit liber. 33. di. cōiter. Itē nec mutilatus
q2 talis oīno inhabilis eſt: extra de corp. vici. ex
poſuiſti. De corpe viciatis habes. ĩ. in ti. de irre/
gularitate. ¶ Itē bigamus ⁊ irregularis: q2 talia
⁊ ſilia oīno inhabilē reddunt. Et ſi talis defect⁹
eſt: ꝙ nō reddit oīno inhabilē: admittit̄ poſtula/
tio: ideo poſtulari pōt: ſi defectus ſit in etate: ex/
tra eo. cū nobis. §. penul. ⁊ vlti. ¶ Itē ſi defect⁹
ſit in ordinibus: nā ad oēs dignitates hñtes cu/
ram poſtuland⁹ eſt: q nō eſt in ſacris: ex̄ de elect.
c. dudū. ⁊. §. fi. extra de eta. ⁊ q̄li. c. a multis. Itē
ſi ſit defect⁹ ī naturalib⁹: ē poſtuland⁹: ex̄ de elec.
c. inotuit. Itē ſi ſit eps: ex̄ e. c. fi. ⁊ ſi talis eligere
tur: nō valeret electio: vt. ĩ. hr̄. ē ḡ poſtulandus.
Utrū cleric⁹ aliene dyoceſis ſit poſtulandus: vel
poſſit eligi. Rñ. ſm Ber. ex̄ de elec. ⁊ ſi vnanimi
ter. ꝙ q̄uis clerici non poſſint dimittere eccl'ias
ſine ꝯſenſu epoꝝ ſuoꝝ: nihilominus eligi pñt ſi/
ue in ſua ſiue in aliena dyoceſi: ex̄ đ elec. c. cū int̄
canonicos. Utrum religioſus debeat poſtulari ⁊
eligi? Rñ. Diuerſe fuerunt hactenus opiniones:
hodie tenet̄ indiſtincte: ꝙ ſiue ī ſuo monaſterio
ſiue extra ſiue ad ep̄alem dignitatē eligi pōt. Ut
notat̄ p Io. an. ex̄ de elec. nullus li. vi. Si aliquis
eligat poſtulando vel poſtulandū vel in poſtulā
dum: vl' poſtulet eligendo vel in eligendū: ⁊ hi⁹
habes. ſ. c. electio. ¶ A quo ſic ſit aliquis poſtu/
landus? Rñ. ſi ſit epus: a papa poſtulandus ē: ex̄
eo. c. fi. Si vero patiat̄ defectū in ordine vl' eta/
te: debet poſtulari ab eo q in hac parte diſpenſa
re pōt. Unde ſi aliquis. 20. annoꝝ poſtuletur ad
dignitatē ſine cura: ab ep̄o pōt poſtulari: ſi cū cu
ra a papa. Si vero ſit defectus: q2 eſt electus cle
ricus aliene dyoceſis: vel ſubeſt alteri vt religio
ſus ⁊ hi⁹ nō oportet ꝙ poſtulet̄: ſed eligi pōt vt
dictū eſt ſupra. ¶ Quis pōt poſtulare? Rñ. ſm
hoſti. qui eligere poteſt: extra eo. bone. ij. §. cete
rum. ⁊ p totum. extra de elec. innotuit: ⁊ valet: ſ3
nō admittitur poſtulatio: ſi concors nō fuerit. ſ.
ſi ab omnibus nō fiat: vel ſaltim ſi due partes ñ
ꝯſentiunt: quia tūc idem eſt: ac ſi omnes cōcor/
darent: alias nō facile admittitur: extra de elect.
ſcriptū. §. fi. nec requiritur forma concilij: extra
de elec. quia ꝓpter. ſ. vt fiat p modum ſcrutinij ⁊
formationis decreti: q̄uis ſm quoſdā requirat̄
⁊ tutius ſit. Quis ſit effectus poſtulatiōis? Rñ.
quia poſtulatione admiſſa tanq̄ rite facta pote
rit poſtulatus cōfirmari: ac ſi electus fuiſſet: ex/
tra de elec. cū ad monaſterium. Utrū p poſtu/
lationem aliquod ius acquirat̄ poſtulato? Rñ.
ſm Io. an. ſup ſexto ꝙ poſtulatio ſi concors fue/
rit vel ſaltim a duabus partibus facta: pendet q
dem a gratia generali: tamen ſm quoſdam peti
poteſt cōfirmatio: extra de elec. cū monaſterium
⁊ c. officium. §. fi. Et ſi talem admiſerit: ſuperior
dicetur facere gratiā: ⁊ ſi nō admiſerit: facit iniu
riam. ff. de aqua quoti. ⁊ eſti. l. i. §. penultimo. Si
aūt nō ſit facta in concordia vel a duabus ptib⁹
ſed ex cauſa: tunc pendet a gratia ſpāli: extra co.
poſtulatione. ⁊ c. bone memorie. ¶ Utrū poſtu
lantes variare poſſint? Rñ. ſm Hoſti. variare
poſſunt re integra. ſ. quouſq3 miſerint ꝓ confir/
matione petenda. Aliqui tamen dicūt ꝙ nō: ſi/
cut de electione: vt. ſ. de electione: ſi tamen po/
ſtulantes ⁊ ſuperior a quo poſtulat̄ concordant:
pñt reſilire nō obſtante cōtradictione poſtulati
¶ Poſtulati a papa: qui patiunt̄ ī ordinibus vel
in etate defectum: tenent̄ in magna parte ſerua/
re ꝯſtitutionē: extra de elec de qua dictum eſt. ſ.
de electione. Nota ſm Io. an. li. vi. ꝙ epus poſtu
latus ad aliā eccleſiā debet rñdere: nec cōſentio
nec diſſentio: ſ3 in hoc me volūtati domini pape
ſuppono: ad hoc. 8. q. i. in ſcripturis.

¶ De confirmatione electoꝝ. Capl'm quartū.

Sequitur de confir/
matione. Nota ſm hoſti. ꝙ cōfirmatio
electorum eſt fienda a ꝓximo ſuperiore. Unde
ep̄us confirmat ſibi ſubiectos: extra de electio/
nibus cū monaſteriū. niſi aliquis ſit exemptus:
extra de ꝯſue. cū venerabilis. ¶ Itē archiepus
cōfirmat ep̄m: extra de elec. cū dilectus. 64. di.
illud. ¶ Archiep̄m vero ꝯfirmat primas vel pa
triarcha: niſi ipſe archiep̄us exemptus ſit: extra
de elec. bone. ¶ Patriarchā vel exemptos ꝯfir/
mat papa: extra de elec. ſcriptū. vel etiā legat⁹ de
latere: extra de elec. ſi abbatē li. vi. ¶ Simit̄ etiā
papa imperatorē ꝯfirmat: extra de elec. venerabi/
lem. ¶ Qualit̄ aūt debeat fieri cōfirmatio. No/
ta ſm hoſti. ꝙ d3 ꝑmo fieri examinatio ꝑſonarū
tam eligentiū q̄3 electi: etiā ſi nihil opponat̄. Cō/
ſulit etiā ſupiori: ꝙ ipſū electū ad ptē trahat: ⁊ de
his q̄ impedire poſſent: diligent̄ exquirat. Et ſi
impedimentū īuenerit: ſecreto ad renūciandū in
ducat: ex̄ de elec. dudū. ij. in fi. ⁊ extra de ſimo. p
tuas ī fi. al's vero ſm allegata ⁊ ꝓbata ꝓcedat.
Nota etiā hic ꝙ ſi inter cetera q̄ obijciunt̄ elec
to vl' poſtulato ſeu al's ꝓmouendo ad dignitatē:

opponatur de euidenti defectu ſcientie vel pſo/ne:primo debet ď hoc examinatio fieri: ⁊ ſi hoc inueniaꝛ falſum:opponentes excluduntur ab oī/bus alijs:que oppoſuerant: ⁊ etiā puniunꝛ: ac ſi in ꝓbatione omnium defeciſſent:extra de elec. ſi forte li. vi. Si confirmatio fiat nō vocato cōpe/titore vel alio qui ſe vellet opponere ⁊ nō diſcuſ ſo negocio: irrita eſt: ⁊ debet fieri talis vocatio noīatim:qn̄ eſt coelectus:vel apparet oppoſitor alr̄s generaliter in eccleſia in qua electio facta ē: vt ſi qui volūt ſe opponere:appareant in ꝯpeten ti termino ꝑemptorio aſſignato: ⁊ hec hn̄t locū ſiue electio ſit in concordia ſiue in diſcordia:ex/tra de elec.qm̄ li.vi. Si aūt crimen obijciaꝛ elec to:vt a ꝓmotione excludaꝛ: nō eſt neceſſaria in/ſcriptio fienda ꝑ accuſatorem. Sed ſi obijciatur electo iam cōfirmato puta in cōſecratione: tunc accuſator ſe debet inſcribere ad penā extraordi nariā ad arbitriū iudicis. Nā crimine ſic ꝓbato electus amittit ius:qđ ei acquiſitū iam erat ꝑ ele ctionē ⁊ confirmationē:ex̄ de accuſa.c.ſup his.

De renunciatione. Caplm̄ quintū.

DE renūciatiōe qua quis renunciat dignitati vel officio habi to. Nota ergo ꝙ renūciatio eſt iuris proprij ſpō/tanea refutatio:nā iuri alieno renūciari nō pōt. Item ſi renūciatio nō eſſet ſpontanea ſ3 coacta: nō obeſſet repetere volenti:extra eo. ſuper hoc. Effectus aūt renūciationis eſt:vt renuncians ad id qđ renūciauit regreſſū nō habeat niſi ex no/uo iure conceſſo vel antiquo reſtituto.7.q.i. ꝗ3 ꝑiculoſū.ex̄ eo.c.cū int.⁊.c.ex trāſmiſſa.⁊.c.i.ꝑn̄/tia. Et q ſcꝫ renūciauit ep̄atui ꝓpē ꝯſciētiā crimi/nis:āmodo eligi nō poterit nec poſtulari:ſecus ſi ꝓpter maliciā plebis:extra eo.poſt tranſlationē Renūcianti aūt eſt competens ꝓuiſio facienda: ne intuitu miniſterij defectū in temporalibus pa tiatur:extra eo.ad ſupplicationē. In qua ꝓuiſio ne dignitatis ⁊ ſcientie ratio eſt habēda:extra de ꝑben.de multa.ad fi.ſimiliter ⁊ quantitas reddi/tuū beneficij:cui reſignaꝛ:extra de vi.⁊ ho.cleri. qm̄.⁊ de ꝑben.niſi.⁊.12.q.2.bone rei. Ex qui/bus cauſis admittenda vel petenda ſit renūcia/tio ep̄atus. Nota ꝙ alique cauſe ſūt ſufficientes ⁊ alique inſufficiētes. Et ſufficientes ſūt. Prima eſt conſcientia criminis.ſ.talis:ꝑ qđ ipſius offi/cij executio etiā poſt ꝑactam pn̄iam impeditur. Secunda eſt debilitas corporis ex infirmitate vel ſenectute.ſ.ꝑ quam impotens redderetur ad exequendū officium paſtorale. Tertia eſt de/fectus ſcientie:⁊ quāq3 deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore:eſt aūt competens toleranda. Quarta eſt malicia plebis:nō ꝙ ꝓ qualib3 cul pa debeat gregem deſerere:ne mercenario com pareꝛ:qui videt lupū venientē:⁊ dimittit oues ⁊ fugit:ſed de ſupioris ſui licentia. Tn̄ demū pōt

non tam timide fugere ꝗ3 ꝓuide declinare:cum oues cōuertunꝛ in lupos:⁊ qui debuerūt humi/liter obedire iam irreuocabiliꝛ contradicūt. Quinta eſt graue ſcandalū:cum aliter ſedari nō poteſt: licitum eſt ep̄o petere ceſſionem: ne plus temporalē honorem ꝗ3 eternā videaꝛ affectare ſalutem. Sexta eſt ꝑſone irregularitas:vt pu ta ſi ſit bigamus aliquo modo:di.8.ſupradictis. Nō tamen papa ꝓpter quālibet irregularitate3 debet ei dare licentiā:vt ſi nō ſit natus de legiti/mo matrimonio:ſi eſt occultum:⁊ ille laudabiliꝛ impleat officium. Due alie cauſe ſūt:que ſūt ꝓba biles ſeu apparentes. Prima eſt ꝓpter frugē me lioris vite.i.religionis. Secunda eſt cauſa ꝓprie humilitatis. Sed he due cauſe nō fuerunt accep tate:extra de renūc.niſi cum pridem. Ubi etiam alie cauſe ſupradicte ponunꝛ. S3 tho.ſecūda ſe/cunde.q.185. dicit. ꝙ ꝑfectio epiſcopalis ſtatus i hoc conſiſtit:ꝙ aliquis ex diuina electiōe ſe ob/ligat ad hoc:ꝙ ſaluti primorū inſiſtat: ⁊ ideo tā diu ad hoc obligaꝛ: ꝙ curam paſtoralē retineat ꝗ3diu poteſt ſubditis ſibi cōmiſſis ꝓficere ad ſa/lutem:quam quidē deſerere nō debet:nec ꝓpter diuine contemplationis quietē: cum apoſtolus ꝓpter neceſſitatem ſubditorū etiā contemplatio nem futurā intenſe affectatā differri tolerauerit ſm̄ illud phi.i.deſiderium habens diſſolui ⁊c. nec etiam aduerſa:que timet vitanda:vel lucra conquirenda:quia bonus paſtor animam ſuam ponit ꝓ ouibus ſuis. Joh.10.c. Contingit aute3 quandoq3 ꝙ ep̄us impeditur ꝓcurare ſalutem primorum multipliciter.ſ.vel ꝓpter ignorantiam vel infirmitatē vel irregularitatem vel ſcanda/lum ⁊ huiuſmodi:de quibus dictum eſt.ś. Sed tamen ſicut curam regiminis aſſumit aliquis ꝑ prouidentiam ſuperioris: ita ⁊ ꝑ eius auctorita/tem ex cauſis ꝑdictis deſerit ſuſceptam. Ui3 In/nocen.in dicta decretali niſi cū pridem dicit. Si pennas habeas: quibus ſatagas in ſolitudinem aduolare:ita tamen aſtricte ſūt nexibus ꝑcepto rum:vt liberū nō habeas abſq3 noſtra ꝑmiſſio/ne volatū. Qualiter aūt fieri debet renūciatio beneficij vel officij eccleſia. Nota primo ꝙ re/nunciatio beneficij vel officij eccleſia. debet eſſe voluntaria:nā inuitus nō compelliꝛ renunciare .7.q.i.ꝗ3uis.extra qđ metus cauſa.c.ad audien/tiam. Item debet pure ⁊ abſolute fieri:extra de offi.delega.c.ex parte. Nam renunciando bene ficio vel rei ſpirituali aliquo dato vel promiſſo eſſet ſimonia: ⁊ de hoc habes ſupra in ſecunda parte ti.i.c.i. Debet autem fieri renunciatio ī ma/nu eius:a quo habetur inſtitutio vel confirma/tio:extra eo.c.admonet. Fallit tamen hoc in epi/ſcopo:qui nō poteſt renunciare niſi in manu pa/pe:extra eo.niſi cum pridem. Similiter nec elec tus epiſcopus poſtꝗ3 fuerit confirmatus:extra ď tranſlatio.c.inter corporalia.nec etiam intruſus: quia ⁊ ſi titulum nō habeat:tamen poſſeſſione3 h3 de facto. Un̄ ipſe etiā in manu pape renūciat:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed ſi talis eſſet in periculo mortis: tunc ad hoc
vt vere peniteat:renūciat in manu ↄfeſſoris ſub
conditione:ſi placuerit pape:⁊ de hoc.ſ.in ſecun
da pte ti.i.c.i. Nota etiā ꝙ poteſt quis renūcia/
re ꝑ aliū ſm hoſti.ſi tñ habeat ſpeciale manda
tum:extra de offi.dele.c.cum olim. Idem videt̄
ſi habet generalē adminiſtrationē.ff. de ꝓcura.
cui libera. Secus ſi tantū eſſet generalis ꝓcura/
tor:extra de ꝓben.dilecto.i. Rñ. Et nota ſm ho
ſtieñ.ꝙ ſi quis mittit nunciū ad ſuperiorem: vt
cedat:poteſt penitere: dum res eſt integra:extra
de elec.in cauſis. Sed ⁊ ſi talis ꝓcuratorē igno/
rantem reuocauerit: tenebit nihilominus ceſſio
facta:anteq̄ȝ reuocatio perueniat ad euȝ:niſi ma/
licioſe fuerit factuȝ:quin reuocatio perueniat ad
eum:vt de renūc.c. cum illuſio in cle. Qui vero
impetrauit licentiā cedendi:cogendus eſt: extra
eo.quidē. Item cōuenienter renunciatio debet
fieri in ſcriptis:vt.7.q.i.§.ecce.⁊.c.qualiter.
Quō renunciat̄ iuri ſcripto. Nota ꝙ talis renun
ciatio ex certa ſcientia facienda eſt. Ideoq̄ȝ talis
renūcians ſi ius ignoret:eſt ei notificandū in au/
ten.quō oportet epōs.§.igitur ordinandus.col/
lat.prima. Nec enī poteſt quis renūciare ei:qō
ignorat.ff.de inofficioſo teſta.l.mater. Renūcia
tur aūt iuri exp̄ſſe ⁊ tacite:⁊ expreſſe quidē cum
dicit:quietū clamo tale ius ⁊ ſilia:extra de elect.
ex multiplici.tacite vero cū facit cōpoſitionē:ex/
tra de elec.cū inter. Item tacite renūciat in faci/
endo contra:vt in exhibendo illi honorē: cuius
electioni contradixerat:extra d̄ his que fi.a ma.
pte ca.ex ore. Similit̄ recipiendo aliquē in teſta
mento:quē impugnabat.ff. de inoffi.teſta.l.ſi ꝓ/
ponas.vel ſi petentis legatū aduocatus vel pro
curator fuit.ff.de inoffi.teſta.l.fi. ¶ Nota etiam
ꝙ clericus qui impetrauit beneficiū: ſi ſubijciat
ſe miſericordie canonicoꝝ ſm Ber. non ex hoc
intelligit̄ renūciaſſe:extra eo.veniens.qui etiaȝ
ſi det eis litteras ſuas: ⁊ ipſi ſint īmiſericordes:
debet talis officio iudicis reſtitui eo.ti.ſane. Nā
deceptis nō decipientibus iura ſubueniūt de re/
rū ꝑmuta.cū vniuerſoꝝ. Sed ſi renūciat litteris
ꝓ certa penſione:priuat̄ ⁊ litteris ⁊ penſione: ex̄
de reſcrip.ad audientiā. Itē qñ qs expectat pri/
mā ꝓxime vacaturā in aliqua eccleſia: ſi aliquis
obtinēs ꝑbendā tenuē fraudulent̄ renūciet:vt ex
ꝓcedenti ꝓcludat̄ illi via ad pinguiorē:que ſpe
rat̄ vacare: nō impedit primū expectantē. Et ſi
ꝑbenda pinguis poſtea vacās ↄferat̄ iſti:q renū/
ciauit:priuat̄ ipſe vtraq̄ȝ:ex̄ eo.ſi te li.vi. ¶ Que
pñt renūciari. Nota ꝙ qs pōt r̄nūciare voci ſue
quā hȝ in electione:de elec.c.eccl'ia. Itē renūcia
ri pōt iuri in futurū.i.ſi lex iā eſt:pōt ꝓ futuro re/
nūciari:al's nō:q: qō nō eſt:nō pōt renūciari ſm
hoſti.ff.de ↄtrahen.emp.⁊ vendi.in lege. Sȝ'qd
ſi qs renūciat oī iuri ↄpetenti ⁊ ↄpetituro:⁊ ſilit̄
l'ris impetratis ⁊ īpetrandis? Rñdet hoſti.quo
ad futurū renūciatio generalis nō valet:vt dic/
tum eſt:⁊ ex̄ de ↄſtitu.cū acceſſiſſent. Si aūt ſpe

cialis in q̄buſdā iuribus ⁊ ſequit̄ generalis ren
ciatio:valet.c.qñ multipliciter. ¶ Nota in ſūma
ſm hoſti.ꝙ renunciari pñt iura cōpetentia circa
ſeruitutes:etiā ſi aīalia ſint:de ſepul.c.in pñtia.
Itē iura competentia circa beneficia ſicut ⁊ ipſa
beneficia renūciari pñt. Item oīa iura cōpetētia
ꝑ aliqua inſtrumenta ſicut ⁊ ipſis inſtrumentis
renūciatur de pactis cū pridē. Utrum aūt debi/
tor poſſit renūciare ꝓbationi ſolutionis ꝑ teſtes
⁊ hr̄. Rñ.licet quidā dicant:ꝙ valet renūciatio
tñ ſm hoſti.nō videt̄ verū:q: ius ꝓbādi ꝑ teſtes
ꝓ cōi vtilitate inductū eſt: vnde vſus teſtiū fre/
quens ⁊ neceſſarius eſt.ff.de teſti.l.i.ḡ tali iuri re
nūciari nō pōt. Itē clericus renūciare nō pōt fo
ro ſuo ſine ↄſenſu epiſcopi:q: fieret ꝑ hoc ꝑiudi/
ciū epo. Renunciatio enī debet fieri auctoritate
eorū:quoꝝ intereſt de offi.archid̄.ad hec. Similit̄
clericus nō pōt renūciare illi priuilegio: ſi quis
ſuadente.17.q.4. ¶ Quis aūt poſſit renūciare?
Dicit hoſti.ꝙ ille ad quē ptinet id qō renunciat̄
de regula.c.ad apoſtolicā. Poteſt aūt renūciare
⁊ libere reſignare papa papatui:⁊ maxime cū ſe
cognoſcit inſufficientē ad regendū vniuerſalem
eccleſiā:eo.ti.qm̄.li.vi. Unde ⁊ celeſtinus papa
renūciauit:qui canonizatus eſt:⁊ ſcūs petrꝰ dicit̄
q: ſic prius vocabat̄. Et gregꝰ.12.venetus natio
ne renūciauit ꝓpria ſponte in ↄcilio conſtantieñ
ꝑ ꝓcuratorem ſuū dñm Carolum de mala teſtis
arimini dominū nō ꝓpter inſufficientiam:ſed vt
daret̄ vnio ⁊ pax eccleſie ſacroſancte. Nā tem/
pore ſuo duo alij ꝑtendebāt ſe ius habere in pa
patu:⁊ ſūmi pontifices in ſuis obedientijs dice/
bant̄.ſ.benedictus.12.qui ꝓprio noīe dicebat̄ pe
trus de luna:⁊ Johannes.23. qui ꝓprio noīe di/
cebatur balthaſar coſſa. Qui duo benedictus.ſ.
⁊ Johannes de cōi ↄſilio ⁊ auctoritate:totius cō
cilij depoſiti ſūt ⁊ priuati papatu:q: ſcandaliza/
bant eccleſiam dei:nolentes dare vnionē eccle/
ſie. Gregorius qui ⁊ angelus prius eſt dictus ve
netus a concilio conſtantienſi factus eſt legatus
in marchia. Et in concilio eodem a cardinalibus
⁊ nationibus canonice eſt electꝰ. Martinus quī
tus romanus vnicus paſtor eccleſie. Renuntia/
tio dignitatis eccleſie ſpontanea:quādo fit ex pu
ra deuotione ⁊ humilitate: vt quis magis diui/
nis vacet:⁊ pericula anime euadat:nō poteſt re/
prehendi obſeruatis debitis circunſtantijs ſȝ lau
dari:poteſt enim talis dicere illud p̄s. Elegi ab/
iectus eſſe in domo dei:magis q̄ȝ habitare in ta
bernaculis peccatorum: elegi dicit': quod perti/
net ad ſpontaneam actionem nō coactionem vl'
aliquam indignationem:abiectus eſſe:quod ſpe
ctat ad humilitatem ſeu mortificationem. Vide/
tur enim quedam abiectio et dehonoratio quo
ad mundum:ſed laudabilis ⁊ virtuoſa: quia ſci/
licet in domo domini.ſ.exiſtens ⁊ permanens ī
domo eccleſie militantis ⁊ poſtea triūphantis:
magis q̄ȝ habitare in tabernaculis peccatorum:
qō innuit periculorum ⁊ damnationis euaſionē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tabernacula peccatoꝝ: in quibus.ſ.habitant: ⁊
ſe reperiūt: ſūt vicia ⁊ pericula: que frequentᷓ re-
periuntᷓ in ꝑlatis. Nā quanto in loco ſupiori tan
to in periculo maiori verſatᷓ: inquit aug⁹. in regu
la. Et nil triſtius ⁊ miſerius ⁊ damnabilius epi
dignitate: ſi pfunctorie res agatᷓ: ait idē diſ. 47.
quantūlibet. Vel etiā tabernacula peccatorū in
alia vita ſunt tormēta damnatoꝝ: ad que multi
ꝑlatorū vadunt: nō tñ ꝓpter ꝑlaturā: ſꝫ ꝓpter ma
lam vitā vel negligentiā erga curā. Unde quidā
ex diſcipulis beati Bernardi: q nullo modo vo-
luit acceptare epatū: ad quem fuerat electus: ⁊ a
beato Bernardo exoratus: apparens cuidā p⁹
mortem interroganti de hoc q̄ noluerat accep-
tare: rñdit. Reuelatū eſt mihi a ſancta trinitate:
q̄ ſi fuiſſem de numero epoꝝ: fuiſſem de nume
ro damnatoꝝ: ⁊ de iſtis pꝫ ꝑ exempla ſanctorū.
Petrus quidē damianus ſapientia ⁊ eloquētia
inſignis renūciauit epatui: qui de ſe ſcribens ait.
Quia refutaui eccleſiaſticū regimen: dimittens
epatū centū annorū mihi pnīa iniūcta eſt ſm re-
media monaſtice regule: tñ ſe excuſans ad greg.
.7. dicit multos ante eū hoc feciſſe. Ualerius in
quit epus hyponenſis auguſtinū ſibi ſucceſſorē
inſtituit. Lucidus catoclenſis īminente obitu ad
cenobium cōuolauit: cui beatus andreas appa-
ruit in obitu. Adalbertus epus monachum ſe in
duens martyrij palmā ꝓmeruit. Melius ē enī
pondus abijcere: q̄ꝫ cū detrimento dñi firmatis
ceruicibus interire. dū enim tu ignauus negocia
tor denariū ſeu talentū tenes: alterius locū qui
pecuniā duplicare poteratᷓ: occupaſti: hec ille. Ad-
de ⁊ exempla alia vt celeſtini pape: qui renūcia-
uit papatui: ⁊ canonizatus eſt dictus ſanctus pe-
trus de murrone. Beatiſſimus hieronymus ca-
pellū pſbyteri cardinalis rome dimiſit: ⁊ beth-
leem accedens totā bibliam in latinū tranſtulit:
ac plurimas epiſtolas magne doctrine ⁊ eloquē
tie ſcripſit: ⁊ ſcripture ſancte multos libros com
mentatus eſt. Albertus magnus īmo maximus
phs ⁊ theologus archiepatui ratiſbonenſi renū-
ciauit. Sanctus greg⁹. nanzanzenus grecus epi-
ſcopatui renūciauit: ſcribens apologiā.i.excuſa
tionem ſue renūciationis: oñdens difficultatem
maximā in regendo ⁊ docendo populos ꝓpter
diuerſitatē complexionū ⁊ morū ⁊ ſtatuū ex ex-
emplo eius: qui haberet nutrire quoddam aīal
compoſitū ex naturis multoꝝ animaliū: cui vn⁹
⁊ idem cibus eſſet vni parti eius nutrimentū: al
teri venenū. Nā panis vita hominis: ⁊ venenū
vt dicitᷓ accipitris: venenū vita ſerpētis: ⁊ mors
hoīs ⁊c. Sanctus Benedictus renūciauit abba
tie: qñ vidit ſubditos obſtinatos: ⁊ nil pficere: et
ad ſolitudinem dilectam reuerſus eſt. Magiſter
Ray. compilator decretaliū ⁊ miraculis clarēs
renūciauit magiſtratui ordinis pdicatoꝝ ꝓpter
debilitatem corporis: q2 nō valebat ita diſcurrere
⁊ laborare ſicut oportet. Plures alij voluerūt re
nūciare: ſed q2 non fuerunt pmiſſi ſeu acceptata
corū renūciatio: ne voluntati ſuoꝝ ſuperiorum
⁊ ꝑ conſequens dei contrairent: patienter perman-
ſerunt.

¶ De diuerſis officijs ſeu dignitatibus: ⁊ primo
de archidiaconibus. Ca. vi.

## Deus in gradibus

eius cognoſcetᷓ: cum ſuſcipiet eam: ps. ps
Gregorius hoc exponens ſuper Ezechielem ſic
ait de peni. di. 2. Dum ſanctā eccleſiam dñs ſuſci
pit.ſ. ꝑ incarnationē ſe ei conformē faciendo in
gradibus ei⁹ dignoſcitᷓ: quia eius gloria ꝑ illius
incrementa declaratᷓ: quantū enī eccleſia aſcen-
dendo pficit: tantū deus hominib⁹ ex eius virtu
te innoteſcit. Sꝫ iſti gradus poſſunt triplicitᷓ cō
ſiderari. ¶ Primo ſm gratie augumentationē.
¶ Secundo ſm operis variationem. ¶ Tertio
ſm perfectionis vel preſidentie diuerſificationē.

## Quantum ad primum

eſt triplex gradus ſm augumentum gratie.ſ. in-
cipientiū.ſ. bene facere pficientiū ⁊ pficientium
ſeu pfectorum. Primorum exercitium ſpūalē ē
principaliter tentationibus viciorum reſiſtere.
Secundorū in virtutibus ꝓficere. Tertiorum
diuinis inherere: ⁊ de his in ps. ps. benedictionē
.ſ. gratie dabit legis lator.ſ. deus: ibunt.ſ. ex ipſa
gratia de virtute in virtutem: quia de incipienti
gradu ad pficientē ⁊ de ꝓficienti ad pfectum: et
ſic demum videbitᷓ deus deorū in ſyon.i. gloria
Cognoſcitur deus ab his: qui ſunt in iſtis gradi
bus: ⁊ ab alijs ꝑ eos. Secundo conſideratᷓ gra-
dus ſm variam occupationem: ad quam pluri-
mum ſe applicat homo. Et ſic ſunt tres gradus:
q2 actiuorū qui ſe exercent in operib⁹ miſericor-
die exterioribus: contemplatiuorū qui diuinoꝝ
meditationibus ⁊ ſpeculationibus inſiſtūt. Et p-
latoꝝ qui vtriꝗ.ſ. actiue ⁊ contemplatiue deſer-
uiunt: vel penitentiū qui.ſ. a pdictis gradib⁹ acti-
ue vel cōtemplatiue decidētes ad deū ꝑ cōpun-
ctionē reuertuntᷓ. Et hi figurati ſūt ꝑ tres quos
dilexit xps: vt dicitᷓ Jo. xi.ſ. marthā q̄ ſignificat
actiuā: mariā que ſignificat cōtemplatiuā: lazarū
deſignātē in q̄ꝫtū mortu⁹ ⁊ reſuſcitat⁹ gradū peni
tentiū. Sed inquantū poſtea ꝑlatus ⁊ epſ ſtatū
pſidentiū. Horū gradus ⁊ actus pñt notari ī illo
verſu ps. Memor fui dei ⁊ delectatus ſū: qd p-
tinet ad cōtemplatiuos: in qbus ē maxima ī me-
morando de deo delectatio. Exercitatus ſū: qd
ſpectat ad actiuos: qui ſe exercent in operib⁹ mi-
ſericordie. Et ſcopabā ſpm meū.i. mundabā: qd
attinet ad penitentes: ꝑ pniam mundātes domū
ꝯſcie vel ēt ad ꝑlatos: q ſcopa zeli ad ſalutē ſub-
ditoꝝ ſe debēt ꝓcurē. Tertio ꝯſideratᷓ grad⁹ ſm
ſtatū pfectionis ⁊ pſidentie: dicuntᷓ in ſtatu pfec-
tionis eſſe ⁊ clerici ⁊ religioſi ⁊ epi: ſꝫ alio ⁊ alio
modo. Nam clerici diſpoſitiue: quia tenētur ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

continentiã: que diſponit ad pfectionẽ. religioſi
tenditiue: quia tendũt ad pfectionẽ: epi pfectiue
quia. ſ. ſũt vt alioꝝ pfectiores: ſed de religioſis di
ctum eſt: ꝛ de epis eſt ſequens titulus. Reſtat ergo
videre de alijs clericis p̃cipue curatis: qui etiaꝫ
ſũt in diuerſis gradibus ꝯſtituti. Nã aliqui dicũ
tur archidiaconi: alij archipſ byteri: alij priores
quo ad eccleſias collegiatas: vel decani ſeu ple
bani quo etiã ad alias: alij vicarij vicẽ. ſ. tenẽtes
p̃latorum: alij primicerij: alij cantores: alij ſacri-
ſte: hi omnes non ſũt pprie ꝛ ſtricte loquendo in
ſtatu pfectionis: q̃uis large hoc dicatur de eis.
.14. q. i. §. i. Non enim habent obligationẽ ppe-
tuam ad curam ſuã: quia pñt ſine licentia ſuoruꝫ
ſuperiorũ deſerere curã renũciando: ꝛ multo ma
gis religionem intrando. Ex quo oſtenditur ſm
Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 84. ar. vltimo. Statum religionis
eſſe pfectiorem omni ſtatu curato citra epiſcopa
lem: cũ eccleſia permittat tales libere: etiam con
tra voluntatẽ p̃latorum ad religionem tranſire
vt. 19. q. 2. due ſunt. Et põt quilibet in huiuſmodi
ſtatibus conſtitutis dicere illud: pſ. ps. Perfice. i.
pfectos fac greſſus meos. i. opa mea: quibus itur
ad celũ vel infernũ: in ſemitis tuis. i. obſeruatio-
ne conſiliorũ: vt continentie patientie ꝛ hiꝰ: que
ſemite dicunẽ: quia ſtrictiora ſũt: q̃ꝫ vie late mã-
datoruꝫ: vt nõ moueanẽ veſtigia mea. Veſtigia
ſunt exempla derelicta ex operibus: que ſi leuia
ꝛ impfecta ſunt: cito mouenẽ. i. remouenẽ a me-
morijs hominũ: ſed ſi ſint veſtigia pfectorũ ope
rum: firma manent in mentibus hominũ ad imi
tandum: ꝛ p hos gradus cognoſcitẽ deus a popu
lis. Nũc ergo de horum ſingulus aliqua annotenẽ:
ꝛ primo de archidiaconis.

## Archidiaconus archi-

pſbyter p̃poſitus primicerius ſacriſta ꝛ cuſtos ꝛ
vicarius ordinarius: qui nõ ſolum eſt epus: ſed
etiam ꝛ inferior eo. Et de his excepto vltimo ñ
põt dari certa regula vniuerſalis de iuriſdictiõe
eorũ: ſi hñt vel nõ: ꝛ quantã habeant: ꝛ quid ſpe
ctet ad officium eoꝝ. Sed in his ſtatẽ magis con
ſuetudini locorũ q̃ꝫ iuri ſcripto. Et in aliquibus
eccleſijs eſt ſolus archidiaconus prima dignitas
poſt epm: in alijs eſt archipſbyter: ꝛ nõ archidia
conus: in alijs vterqꝫ: in aliquibus eſt p̃poſitus:
nõ archidiaconus nec archipreſbyter: ꝛ talis vi
detẽ eſſe loco archidiaconi vel archipreſbyteri: i
alijs ẽ primicerius. De qbꝰ ergo aliqua breuitẽ dicẽ-
da ſũt. Et primo de archidiacono. Dicit hoſt.
ꝙ archidiaconi in aliquibꝰ eccleſijs hñt officium
ꝛ in aliquibꝰ hñt iuriſdictionẽ: ꝛ quid ptineat ad
tale officiũ: habetẽ de offi. archidi. officiũ. vbi di-
citẽ in textu. Officiũ archidiaconi eſt euangeliũ:
quando voluerit legere: vel alicui de diaconibꝰ
precipere. Et quando epus miſſam canit: ad iuſ-
ſionem eius induant ſe leuite ſacris veſtibus: q̃-
liter cũ pontifice ad miſſam pcedant: ꝛ infra oẽ
ec: leſiaſticũ officium prouidendo lectiones aut

reſponſoria i matrici eccleſia dare debet ꝛ aſcul
tare. Et in tantũ vt nullus euangeliũ aut epiſto-
lam reſponſoriũ vel quãlibet in eccleſia legat le
ctionẽ vel cantet: donec aſcultetur ab eo. Acoli-
tos quoqꝫ ipſe ordinet: quis thuribulum defer-
re: quiſue minorum in eccleſia officia agere de-
beat: vbi dicit glo. ſup verbo aſcultetur: ꝙ hoc
videtẽ potius ptinere ad officiũ magiſtri ſchola-
rum. Item glo. ſup verbo nullus dicit: incogni-
tus ꝛ nõ pbatꝰ. epm eni vel aliũ pbatũ ñ aſculta
bit. Notoria eni examinatione nõ ſũt examinan
da: vt extra de fil. pſbyte. qm̃. ſm hoſti. Et hec et
multa alia in huiuſmodi magis attendunẽ ꝛ ſer
uanẽ ex conſuetudine q̃ꝫ ex iure cõi. Hec etiã po
nit Iſidorus di. 25. plectis. De iuriſdictione autẽ
archidiaconi tractatur in diuerſis locis ſm Io.
an. in nouel. ſup dicto. c. officium. Primo enim
archidia. iurgia audit: vt dicitẽ di. 25. plectis. ꝛ de
offi. archidi. ad hec. Secũdo inſtituit. 63. di. ſi in
plebibus. ꝛ eo. ti. cũ ſatis. Tertio penas infligit:
vt de penis licet. Quarto priuat beneficijs de p̃-
ben. referente. Quĩto ſubiectis p̃cipit obſequia:
vt de exceſ. p̃la. ad hec. Sexto perpetuam vica-
riam ꝛ curam: ꝛ per conſequens iuriſdictionem
ordinariã habet eo. ti. c. i. Septimo corrigit pri-
uat viſitat: pcuratiões recipit ſuſpẽdit excõicat
ꝛ interdicit: eo. ti. mandamus. Sũt aũt quedam
iura: que faciũt contra archidiaconũ. Primo qꝛ
nõ inſtituit. 16. q. 7. nullus. ꝛ eo. ti. cũ ſatis. Secũ
do qꝛ vicarius ꝛ ſic epo phibente nil poterit: eo.
ti. c. i. vbi dicitẽ. Sciat archidiaconus poſt epm ſe
in omnibus eſſe vicarium. Tertio qꝛ de paruis
tantũ cognoſcit: maiora refert vt eo. ti. ad hec. p
quod pꝫ ꝙ eſt pedaneꝰ paruus aut nullus iudex
aut delegatus: hec Io. an. Sꝫ Io. in glo. di. 25. p-
lectis. querens vtrũ archidiaconus habeat iuriſ
dictionem ordinariam vl' delegatam. arguit ad
vtrãqꝫ partẽ: nec determinat. Et addit Bar. bri.
mihi videtẽ ꝙ ſolus epus in ciuitate ſit iudex or-
dinarius. 7. q. i. in apibus. niſi ſecus ſit de conſue
tudine p̃ſcripta de offi. archidi. c. vltimo. Augu.
aũt de anchona dicit notandã eſſe differentiam
inter archidiaconũ ꝛ archiepiſcopum. Si enim
archidiaconus eligitẽ ab vniuerſitate: ꝛ confirma
tur p epiſcopũ: habet iuriſdictionẽ ordinariam d
iure: vt pbatur di. 25. plectis ꝛ eo. ti. c. i. ꝛ vltimo.
Et idem dico de illo qui preficitur collegio vel
vniuerſitati p epm dyoceſis: ar. diſ. 93. legimus.
Si autem preficiatur in eccleſia per epiſcopum:
maxime vbi ſunt plures archidiaconi: nõ credo
ipſum habere iuriſdictionem ordinariam: ſꝫ tan
tum delegatam. Et tantũ poterit exercere: quan
tum epiſcopus ſibi cõmittit. Et ſic intelliguntur
iura illa. 16. q. 7. nullus. ꝛ eo. titu. cum ſatis. ꝛ hoc
niſi plus obtineat de conſuetudine preſcripta: cui
ſemper ſtabitur. Verum de iure communi hec
q̃tuor videntur pertinere ad officiuꝫ archid. iur
gia miora clericoꝝ: examĩatio ꝛ repñtatio cleri-
coꝝ ad ordĩes: ĩſtallatio ſiue ĩductio ĩ poſſeſſionẽ

ꝑlatoꝝ ⁊ clericoꝝ̃ ꝑficiendoꝝ exami/
natio:⁊ viſitatio parochianoꝝ: habentur hec
eo.titu.ad hec.⁊.c.i.Et cum viſitare poſſint lega
tus archiepiſcopus de iure cōi:⁊ archidiaconus
⁊ archip̄ſbyter ex cōſuetudine:quid faciet p̄ſby/
ter:⁊ ſi oēs hi ſemel in anno declinēt ad eccleſiā
ſuā viſitandā:vtiq̄ꝫ cōſumet̄ victus eiꝰ.Sꝫ rn̄dꝫ
hoſti.ꝙ viſitās ſuppleat ſūptibꝰ ſuis:nā ꝺ verbis
et mente iuris eſt: ꝙ nō grauet̄ eccl'ie vltra poſ/
ſe:vt de cenſi.cū apl'us.¶ De cura aīaꝝ quo ad
archidiaconū:circa qꝺ ſūmatim dr̄ eo.ti.cū ſatis
ꝙ archidiaconus ſine mandato ep̄i curā aīaꝝ cō
mittere nō p̄ſumat etiā obtētu alicuiꝰ cōſuetudi/
nis.Jo.an.in nouell'.ſuꝑ dicto.c.ponit triplicem
inſtitutionē circa curā.Prima ē auctorizabilis:⁊
hec ad ſolū ſpectat ep̄m:de exceſ.pla.c.3.⁊ de of.
dele.ſuꝑ eo.Et inſtitutio iſta hr̄ loco inſtitutiōis
anteq̄ꝫ nec p̄ſtatus:nec is cui collata eſt eccleſia:
admīſtrare dꝫ: vt de p̄ben.cū iam dudū.qꝺ ſi ſe
cerit:ep̄s tales remouere dꝫ:vt de p̄ben.cū iā.ni
ſi gratioſe diſpenſauerit. Et hec eſt rō huiꝰ iuris:
qꝛ cū ſine auctoritate ep̄i nullus poſſit intrare vl'
derelinquere eccleſiā vt de renū.admonet.Nec
dꝫ ꝗs talibus ſe ingerere:ꝗ intrat ſine auctorita/
te dyoceſani:ſꝫ qui vocatus ē a dn̄o tanq̄ꝫ aaron
vt de elec.qualit̄. Et quilibet dꝫ intrare ꝑ oſtiū
qꝺ eſt xp̄s:al's cenſet̄ fur ⁊ latro:vt hr̄ Jo.10.⁊.i.
.q.i.ordinationes.Dicit̄ aūt ſe ingerere: ꝗ intrat
ſine auctoritate dyoceſani:vt ꝺ offi.or.qm̄.Epi
ſcopus enī eſt xp̄i vicarius.Vn̄ cōcludit̄: ꝙ qui
ſine ep̄o intrat ſpreto oſtio.i.xp̄o:cuiꝰ eſt vicariꝰ
ep̄s:beneficiū eccleſiaſticū ſibi vſurpat.8.q.i.qui
vos.⁊.c.ſequenti.Et hec eſt ſūma rō: quare talis
inſtitutio p̄ſcribi nō pōt.Eſt aūt ſecūda īſtitutio
corꝑalis:que ad archidiaconum ſpectat de iure
cōi: ⁊ hec ſequit̄ auctorizabilē tanq̄ꝫ illiꝰ execu/
toriā:ar.de re iudi.cū bertoldus.ibi: de cōſenſu
ep̄i.Et de hoc habet̄ eo.ti.ad hec.⁊.c.vt noſtrū
Eſt ⁊ tertia inſtitutio:q̄ ꝓ collatione ponit̄:⁊ hāc
poſſet archidiaconus hr̄e de cōſuetudine: vt de
inſtitu.c.cū veniſſent.Vn̄ ⁊ cōceſſio ꝓ inſtitutiōe
ponit̄ de offi.lega.dilectus.Sꝫ licꝫ cōferat archi
diaconus recipiens anteq̄ꝫ corꝑali vtat̄: ad auc/
toritatē ep̄i hꝫ neceſſe recurrere ꝓpter rationem
ſupradictā ⁊ iura allegata ſm̄ hoſti.Et q̄uis glo
ſuꝑ verbo obtētu cōſuetudinis exponat de con/
ſuetudine nō p̄ſcripta: qꝛ cōſuetudo p̄ſcripta da
ret archidiacono poſſe cōferre curā aīaꝝ: hoſti.
tn̄ reprobat dictā opinionē ⁊ expoſitionē:⁊ dicit
ꝙ nec etiā cōſuetudo p̄ſcripta hoc ſibi pōt dare
loquēdo.ſ. de prima inſtitutione.ſ. auctorizabili
ſecus de tertia q̄ pōt p̄ſcribi.Secundā hꝫ de iure
cōi.Itē ſuꝑ verbo curā Inno. diſtinguendo de
cura dicit:ꝙ dupliciter dicit̄ cura.Vno mō ſtric/
te:⁊ ſic eſt ptās ligandi ⁊ ſoluendi in foro pn̄iali:
⁊ hec nō eſt in p̄lato:ꝗ nō eſt ſacerdos: di.21.ī no
uo.Alio mō large dr̄ ꝓ cura ptās eijciēdi ⁊ reci/
piendi in eccl'ia ⁊ corrigendi exceſſus:di.21.§.i.
Et ſub hac cura eſt excōicare viſitare corrigere

⁊ hiꝰ: ⁊ hanc p̄nt habere archidiaconi ⁊ alij infe
riores.Sꝫ hoſti.dicit ſe nō intelligere hanc diſti
ctionē de cura.Nō enī poteſtas ligandi ⁊ ſoluen
di in foro pn̄iali pōt dici cura:nec ſm̄ ius:qꝛ illō
nullo iure cauet̄:nec ſm̄ naturalē rationē: immo
oīno aliud eſt cura:aliud poteſtas.Multi enim
hn̄t illā poteſtatē:qui tn̄ nō hn̄t curā:ſicut ſacer/
dotes nō curati:qui de lr̄ia vel p̄uilegio audiunt
cōfeſſiones alioꝝ.Et econuerſo multi habent cu
ram:qui nō hn̄t illā poteſtatē: qꝛ nō ſūt ſacerdo/
tes.Videt̄ ꝗ̄ potius:ꝙ cura dicatur quedā pote
ſtas habendi aliquos in ſubditos illis conferen
do ſacramēta ꝑ ſe vel ꝑ aliū:⁊ alia faciendo: que
ꝑtinent ad curam ac ſalutē animaꝝ vt corrigen
do ⁊ hiꝰ.Et hanc hꝫ archidiaconus ⁊ alij prelati
curati:etiā ſi nō ſint ſacerdotes.Sꝫ abſoluere in
foro conſciētie ⁊ pn̄ie nō p̄nt:nec alia ſacramēta
cōferre ꝑ ſe:ex quo nō ſūt ſacerdotes:ſꝫ p̄nt hoc
alijs cōmittere:qui ſint ſacerdotes.Itēꝫ in.c.ar/
chidiaconus eo.ti.dicit Jo.an.poſt Inno.ꝙ ius
cōe eſt:ꝙ archidiaconus ⁊ oēs p̄lati iuriſdictio/
nem habentes ab ep̄is ex collatione vl' cōfirma
tione officioꝝ vel dignitatū ad quas aſſumunt̄:
ſunt iudices ordinarij: ⁊ p̄nt excōicare.11.q.i ne/
mo.⁊ hoc niſi ſint mulieres:de peni.⁊ re.noua.⁊
qꝺ dicit̄ in hoc.c.archidiaconus.ſ. ꝙ nō pōt ex/
cōicare:intelligit̄ vbi eſt contraria cōſuetudo:q̄
dat iuriſdictionem: vel qꝛ nō poſſunt excōicare
cū ſolennitate illa:que habet̄.11.q.3.debent.quia
illud eſt ep̄i ſolū.Dicit etiā ꝙ p̄lati qui habēt iu/
riſdictionē tn̄ a collegijs vel alijs q̄ꝫ ep̄is:excōi/
care nō p̄nt:licet alias iuriſdictionē habeāt:quia
poteſtatē excōmunicandi concedere nō pōt niſi
ep̄us.24.q.3.corripiant̄.niſi collegiū eligeret au
ctoritate ep̄i:vel ab eo confirmaret̄:vt dictū eſt.
Sciendū tamen:ꝙ p̄lati religioſoꝝ precipue ex/
emptorū:cū habeant auctoritatē ſeu iuriſdictio/
nem quaſi epiſcopalē in ſubditos ſuos:tales p̄nt
excōicare ſubditos ſuos ex auctoritate ſuorum
priuilegioꝝ a ſede apoſtolica eis conceſſoꝝ.

## Quod archidiacōi ha

bent examinare ꝓmouendos ad ordines ⁊ p̄fi
ciendos in eccleſijs:habet̄ in.c.ad hec.eo.ti.Vbi
dicit Jo.an.ꝙ ex hoc patet: ꝙ nec beneficia nec
ordines cōferri debēt:niſi fiat diligens examina
tio.Et dicit hoſti.ꝙ archidiaconus hoc faciet.ſ.
examinare:niſi ſibi ex cauſa ab epiſcopo interdi
catur: poterit etiam epiſcopus ⁊ alios adiunge/
re qui.ſ.ſimul cum archidiacono examinent: ſi/
cut ⁊ iterum examinare. Et dicit glo.ꝙ promo/
ueat indignum: quāuis videatur epiſcopuſꝫ non
puniendum in ꝓmouendo indignum:ſed archi/
diaconus qui examinat ⁊ repreſentat epiſcopo
indignum:ar.di.54.ſi ſeruus.tamen non ſic eſt:
quia tenetur de facto eius qui examinat:cū man
dato eiꝰ fiat. Niſi forte examinator talis ꝙ ſcit
veriſimilit̄ ipſum mentiri:vt de pigno.ſignificā/
te.Sic etiā dicūt Inno.⁊ hoſti.ꝙ ſi cōis opinio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſit de bonitate archidiaconi:excuſetur ep̄s. Idē videt̄ dicendū:qn̄ n̄ ꝑ archidiaconū:ſꝫ ꝑ alios cō ſueuit fieri examinatio:⁊ videt̄ intelligēdū n̄ de bonitate ſimpliciter.ſ.vite:ſꝫ de bōitate.i.idoneitate ad talē examinationē:vt ſciat in qbus ſit examinādus:⁊ fidel'r agat. Et ſi aliqs ordinat̄ ſine titulo:dicit glo.ꝙ tenebit̄ ei ꝓuidere.ſ.de victu: ſi ex ſe n̄ hēat examinator:q p̄ntabit eū.ꝙ ſi n̄ eſſet ſoluēdo:tūc tenebit̄ ei ep̄s:ne ꝯtingat eū mendicare in obprobriū ordīs clericalis:debebat.n. ꝑus videre ep̄s:ſaltē qs a quo ⁊ ad quē titulū p̄ſentaret̄:de eta.⁊ quali.ordi.accepimus. Sꝫ ſi archidiacon⁹ fecit aliquē ſcribi ad titulū ſui p̄rimonij ordinandū:⁊ apparet illū n̄ hr̄e p̄rimoniū vel minus ſufficiēs:ſi archidiaconus fecit hoc ſcient̄ aget̄ ꝑ ꝯtra eū q fuit in dolo:ſecūdo ꝯ ep̄m q fuit in culpa:qꝛ dolus p̄ponderat culpe.ff.ad.l.aquil. itē ſi obſtetrix. Nec obſtat exceptio de dolo ordinati:ad cuius inſtantiā factū eſt. Hoſti.tn̄ placꝫ ꝙ imputet̄ illi q mētitus ē:⁊ iō ipſe ſibi querat uictū:di.91.c.cleric⁹. Et ꝑ hoc ſubtrahet̄ multiſ materia d̄cipiēdi:q mentiēdo facerēt ſe ordinari:vt ab ipis ſuſtētarent̄ ordinatore vel examiatore. Illi v̄o q faciunt ſe ꝓmoueri ad titulū paupertatis ſue:vt mēdicātes illā ſequant̄.in eo.c.ad hec dr̄: ꝙ decani rurales de ꝯſenſu archidiaconi ꝑ ep̄m inſtitui ⁊ deſtitui debēt. Ubi dicit Io.an.ꝙ melius ē vt intelligat̄ hoc ſm ꝯſuetudinē frācie:vbi inſtituunt̄ ꝑ ep̄m ⁊ archidiaconū tales d̄cani ad exequēda quedā officia eis cōia:⁊ inſtituūtur ad tp̄s.Ergo vbi n̄ eſt talis ꝯſuetudo:hoc n̄ vēdicat ſibi locū ſm inno.ꝙ ſi n̄ poſſent ꝯcordare.ſ.ep̄s ⁊ archidiaconus in inſtitutione vel deſtitutione alicuius:nl agit̄ cū vnus n̄ poſſit ſine altero:de offi.dele.c.cām.niſi ꝯſuetudo hr̄et ꝯtrariū. Alij dicūt noīatū ab ep̄o habē locū:cū auctoritas eiuſ ſit p̄ncipalis ⁊ archidiaconi ſit quaſi vicaria. in.c ſignificaſti.ſūmatim dr̄:ꝙ archidiaconus nō dat lr̄as cōmēdaticias ad ordines ſuſcipiēdos:qd̄ intelligit glo.cū ep̄s eſt p̄n̄s.ſ.in dioceſi:nā ſi ē abn̄s ⁊ neceſſitas vel vtilitas ſuadeat ordinādoꝝ:poterit eos alijs ep̄is p̄n̄tare:⁊ ſic lr̄as dare cōmendaticiaſ:qꝛ eo abſente ſupplet vices eius eo.ti.c.i Dicit ēt hoſti.ꝙ generalis vicarius ep̄i:cui aliqs de ſp̄alibus caſibus ꝯmiſſus ē:cū clauſula generali:hoc poſſet:vt de offi.vica.c.2.li.vi. Sꝫ in p̄ſētia ep̄i q ſic generaliter cōmiſit ſine ipius ꝯſcia:n̄ debet hoc expedire:de offi.lega.volentes.

¶De archipreſbyteris.c.vij.

De officio archipreſbyteri. Archipreſbyter ſciat ſe ſubijcere archidiacono:⁊ eius p̄ceptis ſicut ſui ep̄i obedire:de offi.archip̄ſby.c.i. Ubi dicit glo.ꝙ q̄uis archip̄ſbyt̄ ſit maior archidiacono ordīe:qa ille p̄ſbyt̄ iſte diacon⁹:tn̄ admiſtratōe ſeu dignitate archidiaconus ē maior:vn̄ ⁊ ei ſubijcit̄:vt pꝫ in iſto.c.vbi dicit Io.an.in nouel.poſt Inno.ꝙ hoc eſt verum archip̄ſbyteꝝ ſubeſſe archidia. vbi ſic eſt de ꝯſuetudine. Et in his q̄ ſpectāt ad officiū archidiaconi de iure vel ꝯſuetudine. In aliqbus aūt eccleſijs:vbi n̄ eſt archid.ſꝫ archip̄ſbyter ul' p̄poſitus tn̄ loco archip̄ſbyteri:tūc archip̄ſbyterū talē vel p̄poſitū vltra ea q̄ ſunt ſui officij:de qbus dicet̄ in ſequē.§. Pertinēt ēt ad eū q̄ dicunt̄ de archidiacono:ꝓut hꝫ cōſuetudo loci:q̄ in hi⁹ dat iuriſditionē:q̄uis n̄ ita expſſe habeat̄ i iure de iuriſditione archip̄ſ.ſicut de archidia. ¶Et ꝙ archidiaconus n̄ hēat iuriſditionē niſi de ꝯſuetudine:multa ponit ꝓ ⁊ ꝯtra. Io.an.in nouel.ſup.c. dilecto.de offi.archid.demū ſic dicit. Nota ſm hoſt.ꝙ quedā ſunt ordinis ep̄alis:quedā ep̄alis auctoritatis:quedā ſimplicis ep̄alis iuriſditiōis quedā certi officij. Et p̄ma q̄.ſ.ſūt ep̄alis ordinis vt ordiare ꝯſecrare ꝯciliare dedicare chriſmare ⁊ ſilia q̄ colligi p̄nt de elec.ꝙ ſicut.n̄ pōt aliquis inferior ep̄o acqrere ēt obtētu alicuius ꝯſuetudinis:di:68.q̄uis.ſꝫ aliq aliqua ex hiſ exerceāt:uel qꝛ a iure hoc ꝯcedit̄ vt in abbatib⁹ d̄ eta.⁊ qua. cū ꝯtingat.vel ex ꝯſuetudine approbata ꝑ papā ſicut nō.de p̄ſbyt.cardinalibus de ſupple. negli. p̄la.c.i.vel pape p̄uilegio:vt di.95.ꝑuenit.ſꝫ inferior papa hi⁹ minori.i.n̄ ep̄o delegare n̄ pōt. Quedā vero ſūt ep̄alis auctoritatis:ſicut caſus criminales vel m̄r̄ioniales audire:n̄ dicit ſn̄ias dare: vt vitet oppoſitionē:de qua hētur de elec. tranſmiſſā. Indulgētias ꝯcedere:⁊ quo ad exercitiū admiſtrationis eccl'iaſtici bn̄ficij inſtituere ⁊ deſtituere ⁊ ſilia:de qbus nō.de offi.archi.ad hec ⁊ ſi qua p̄nt alia repiri:q̄ ep̄s ad tp̄s ꝯmittere poſſit:vt nō.de offi.archid.ſignificaſti. In ꝑpetuum vero a ſubiecto ꝯtra ep̄m nō p̄nt acqri:niſi ꝑ pape p̄uilegiū:vel ꝯceſſionē ep̄i cū p̄ſcriptione ſecuta:⁊ ſic intellige de exceſ.p̄la.accedētibus.vel ex ſn̄ia arbitri ſeu alia ꝯuētione p̄ſcriptione firmata de p̄ſcrip.cū olim.⁊ ſm hoc ſine calūnia poſſꝫ intelligi de auctorizabili inſtitutione:de inſti.cū veniſſet:alias ꝯſuetudo n̄ ꝓdeſt ſm nō.de offi.archid.cū ſatis. ¶Quedā ſūt ſimplicis iuriſditiōis: ſicut viſitare corrigere coercē modica coercione:cās minores audire ⁊ termiare:⁊ quedaꝫ alia q̄ in diuerſis.c.hn̄tur. Et in hiſ putat archid.q̄ ad parochiales eccl'ias ⁊ minores tituloſ eē vicariū ep̄i:de offi.archid.ad hec.vbi papa de iure reqſitus:de iure rn̄dit:maioꝝ aūt ꝯfirmationē exercere n̄ dꝫ incōſulto ep̄o:niſi plus acqrat:de ele.dudū. Nec iſta vicaria extēdit̄ ad maiores titulos vt abbatie ⁊ ꝯuētualis eccl'e:niſi ꝑ ꝯſuetudinem hoc acqrat:vt de offi.archid.dilecto. Caueat ergo ep̄s:ne hac vicaria ꝑmittat archid. tanto tp̄e vti:ꝙ ꝯſuetudinis p̄ſcriptio ſit ꝯpleta:ar.de elec. cumana. Interim.n.pōt ip̄m ⁊ in his q̄n̄cūqꝫ vult cū ſit eius vicarius ꝓhibere. ¶Quedā vero ſūt certi officij:ex qbus ⁊ quo ad abbates ⁊ alios aliqua de iure cōi ad archid.ꝑtinent:de quibus in.c ad hec.de offi.archid.hec Io.an. Et de archip̄ſ. ēt dici poſſent:q̄ de archid.qn̄ hoc hꝫ ꝯſuetudo

pꝛeſcripta:⁊ non eſt ibi archidiaconus in tali ec-
cleſia. No.etiã ibi Jo.an.ꝙ vbi ꝯſuetudo ẽ iuri
ꝯtraria vel eccleſijs oneroſa:ñ eſt extẽdẽda:vt ꝺ
ꝯſue.c.i.neqꝫ ad alia iura.vt de pſcrip.auditis.ne
qꝫ ad alias ecctas vel pſonas.iz.di.oĩa. Si vo cõ
ſuetudo ſit laudabilis ⁊ rõnabilis ⁊ ſup re ꝯceſſi
bili:quale ẽ illud:ꝙ archidiaconus hẽat iuriſditi
onẽ in monaſterijs:⁊ que a iure ñ impꝛobat̃:tal̃
ꝯſuetudo ẽ ſeruãda ⁊ extẽdẽda ad alias ecctas:
ñ dico ad alia iura:di.xi.in his. ⁊ de cenſi.ſopite.
⁊ hoc intelligas ſi maioꝛ ps ecctiarũ vel pſonaꝝ
eiuſdẽ ꝯditionis hoc ſeruet:qꝺ ñ ſolũ de eccleſijs
illius dioceſis ſed etiã eiuſdẽ ꝓuintie ẽ ſentiẽdũ:
adeo ꝙ ſi certũ ſit aliquã eccleſiã illã ꝯſuetudinẽ
nõ ſeruaſſe:cogi põt ad eam ſeruandũ in poſteꝝ
qꝺ ẽ verũ ꝙ pñt cogi:niſi hẽant ꝯriã certã lauda
bilẽ ꝯſuetudinẽ pſcriptam:vt de cõſue.c.fi.⁊ diſ.
xij.illud.vel niſi illi ꝓ ea aliã ꝯſuetudinẽ habeãt
di.iz.illa. Alij tñ aliter dicũt:que ibi potes vide-
re. ¶ Officium archipſbyteri ꝯſtat:qñ ibi pſul ꝺ
fuerit vice eius officiũ inchoare bñdictões pſby
terales in eccta dare:miſſam qñ voluerit canta-
re:vel cui de ſacerdotibus iuſſerit. Qñ vero eps
miſſam canit:dꝫ pꝛecipe ſacerdotibus:vt induãt
ſe ſacerdotalibus veſtibus ſacris:⁊ q̃liter ad miſ
ſam ꝓcedant.dꝫ.n.pꝛecipe cuſtodi eccte:vt in ſa
crario eucharíſtia xpi ꝓpter infirmos ñ deſit:dꝫ
infirmis ꝓuidere:⁊ ꝓuidẽdo pꝛecipe ſacerdoti
bus:ne foꝛte ſine cõfeſſione ⁊ cõicatione coꝛpis
xpi ⁊ ſanguinis moꝛiãtur. Cõfeſſiones eoꝝ qui a
foꝛis veniũt recipe cũ oĩbus ſacerdotibus:⁊ ex
inde p ꝓuiſionẽ pontificis magnã illis dꝫ adhi-
bere curã:ad xpianos quoqꝫ faciẽdos ⁊ baptizã
dos infantes ⁊ ad ſuccurrendũ oĩa a ſacerdoti-
bus p iuſſionẽ illius fiãt.hec leo papa de offi.ar-
chipſby. De his etiã hẽtur di.25.plectis.circa fi.⁊
dicit ibi glo.ſup verbo ſine ꝯfeſſione:ꝙ ſi culpa
vel negligẽtia pſbyteri moꝛiat̃ infirmus ſine con
feſſiõe:reus erit aĩe illius.26.q.6.ſi pſbyter. Itẽ
ſup verbo a foꝛis veniũt dicit.i.extra ciuitatẽ. Et
eſt ar.ꝙ quilibet de epatu põt ſacra recipe in ma
ioꝛi eccta:qꝺ veꝝ eſt:ar.di.50.in capite. Qꝺ autẽ
dr̃ de peni.di.6.placuit.ꝙ eps nõ dꝫ recipe paro
chianũ alterius epi:nõ eſt ꝯtra:qꝛ ñ recipit paro
chianũ alterius ſꝫ ſuũ:qꝛ oẽs ꝺ dioceſi pñt recur
rere ad archipſbyteꝝ maioꝛis eccte:vt hic dicit̃.
Sup verbo cũ oĩbus ſacerdotibus:dicit Jo.an.
id ẽ ⁊ oĩm ſacerdotũ:qꝛ ⁊ ipſi ſacerdotes archip
ſbytero ꝯfiteri debẽt ſm Inno.vel ſm hoſt. hoc
intẽdit:ꝙ ſi ꝓpter multitudinẽ ñ ſufficit archipꝛe
ſbyter ad ꝯfeſſiones audiẽdas alijs ſacerdotibꝰ
ꝯmittit ad hoc.c.i.eo.ti.⁊ nõ ſm eũ:ꝙ vbi is qui
curã hꝫ:ñ ſufficit ad ſacerdotalia exequẽda:alijs
ſacerdotibus ꝯmittit:qꝺ verũ eſt vbi neceſſitas
ĩminet:vbi.ſ.nec p ſe ſufficit:quo caſu cõmittere
poterit:exinde inno.i.poſtqꝫ cõfeſſionẽ audierit:
vel de ipis peccatoꝛibus ſm hoſt. Sed inno.ex-
ponit de peregrinis ⁊ ſacerdotibus.pegrini enim
plus ceteris indigent:qꝛ ibi non habẽt notos. De
ſacramentis cum fũdaretur eccta:ſi ſine ſacramẽ
tis decederẽt.nõ etiã hic ſm hoſt.quẽlibet habe
re tres:qui pſunt aĩe ſue:papam cũ ſuis vicarijs:
vt legatis penitentiarijs curie ꝓuilegiatis in hoc
vt mẽdicãtibus ſed cũ certa foꝛma epm cũ ciui
tatenſi archipſbr̃o in hoc eius vicario ⁊ curatiꝫ:
de peni.⁊ re.oĩs. Dicit tñ ꝙ ſine ſpãli cõmiſſione
epi archipſbyter in caſibus reſeruatis epo nõ ab
ſoluet:qꝺ veꝝ credit Jo.an.de peni.⁊ re.c.ſi eps
li.vi. Item dicit Jo.an.ſup.c.miniſteriũ.codeꝫ ti.
Nota vicariũ poſſe dare vicariũ:qꝺ in volũta-
ria ẽt iuriſditione locũ habet:in ꝯtentioſa ñ:nec
in delegatis locũ hꝫ:niſi ſint dati a pꝛincipe:vt de
offi.dele.ſup queſtionũ.goff. Dicit etiã Jo.an.ꝙ
ſolẽniter penitẽtes ſunt infames:vnde ⁊ oꝛdina-
ri non pñt:⁊ hoc nõ accidit rõne penitẽtie:ſꝫ rati
one criminis publicati p penitẽtiã:alias ſi crimẽ
ſit occultũ ⁊ pñia occulta:ñ infamat:ſꝫ renouat et
emẽdat:di.50.ferrũ. Infamat̃ ergo talis:tũ quia
publice verberat̃ qñqꝫ nudus incedẽs:tũ,qꝛ cri-
men ſuũ p ſententiã pñie publicauit.3.q.7.§.poꝛ
ro.alias ſi ſentẽtia nõ pcedat:ſolus ictus fuſtium
nõ infamat. Et p hoc pꝫ eos errare:q iudicant in
fames:qui ex deuotione ſuſcipiũt officiũ publice
penitẽtie. ¶ De archipꝛeſbr̃o rurali ſic dr̃ eo.ti.c
fi.vt ſingule plebes archipſbyteꝝ habeãt p aſſi-
duã erga pp̃lm dei curã:q non ſolũ impiti vulgi
ſolicitudinẽ gerũt:veꝝ etiã pſbyteroꝝ qui p mi
noꝛes titulos.i.ecctas habitãt:vitã iugi circũſpe
ctione cuſtodiãt:⁊ qua vnuſquiſqꝫ induſtria diui
nũ opus exerceat:epo ſuo renũciet. Nec obten-
dat eps nõ egere plebẽ archipſbr̃o:cum ipe com
gubernare valeat:qꝛ ⁊ ſi valde idoneus ſit:decet
tñ vt ſua onera ptiat̃. Et ſicut ipe matrici pꝛeeſt
eccte:ita archipꝛeſbr̃i preſint plebibus:vt in nul
lo titubet eccl'aſtica ſolicitudo. Cuncta tñ ad epi
ſcopũ referãt:nec aliqd ꝯtra eius decretũ oꝛdina
re pſumant.hec ibi ex ſynodo rauẽnate:vbi dicit
glo.ꝙ.c.pcedens loquit̃ de archipſbytero ciuita
tis:iſtud aũt de archipſbr̃o rurali q in tuſcia cõi-
ter dr̃ plebanus:alibi decanus:glo.ſup illud. Si-
cut iſtud ñ notat oĩmodã ſimilitudinẽ ſꝫ aliqua-
lem:qꝛ aliter peſt eps ſubditis:⁊ cũ alia ptãte q̃
archipſbyter.glo.ſup illud ad epm referant pter
minoꝛa:q̃ ipſi archipꝛeſbr̃i determinare pñt:cũ
habeãt oꝛdinariã iuriſditionẽ:vt ex ꝺ offi.oꝛ.c.cũ
ad ecctam. Utrũ aũt tales archipſbyteri ſeu ple-
bani habeãt auctoꝛitatẽ inſtituendi ſeu ꝯfirman
di pꝛeſentatos a patronis in eccleſijs:que ſũt ſub
ſuo plebanatu. Certũ eſt:ꝙ de iure cõi nõ poſſũt
ſecus ex ꝯſuetudine pſcripta:ſicut accidit in ar-
chiepatu floꝛentino:qui p accumulationem hoc
poſſunt.vterqꝫ.n.⁊ archieps ⁊ archipſbyter rura
lis ſeu plebanus poteſt ꝯfirmare pꝛeſentatum ſi-
bi:⁊ ad quẽ pꝛimo recurrit̃:ille expedit. Cum aũt
a plebano ꝯfirmatur quis in eccta curata:vtrum
requiratur ꝯmiſſio ſpãlis quoad curam populi
per epm:vide ſupꝛa in.c.de cura.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ De primicerio ſiue cantore.c.viij.

De officio primicerii
qui ⁊ cantor dicitur ſm hoſt. vt primice
ri⁹ ſciat ſe eſſe ſub archidiacono ſicut ⁊ archipre
ſbyter: ⁊ ad eius curã ſpãliter ptinere: vt preſit in
docẽdo diaconis vel reliquis gradibus eccľaſti
cis in ordine poſitis: vt ipſe diſcipline ⁊ cuſtodie
inſiſtat: ſicut p aĩabus eorum ẽ rõnẽ redditurus co
rã deo: vt ⁊ ipſe diaconibus donet lectiones ⁊ no
cturna officia: ⁊ de ſingulis ſtudiũ habeat: vt in q̃
cunq̧ re capacẽ ſenſũ habuerit: abſq̧ vlla vacet
negligẽtia: aut a quo ipſe iuſſerit: inſtruat̃ de offi.
primi.c.vt pmicerius glo. ſupple ſtatuimus. glo.
ſup verbo diaconis ñ ẽ ↄtra qd̃ dictũ ẽ ſupra de
offi.archid.c.officiũ.q2 iſta.c.loquunt̃ ſm diuer
ſas ↄſuetudines eccľiarum variarum q̃ in hi⁹ ſeruãde
ſũt. In aliqua.n.hoc facit archid.in alia pmiceri⁹
vel põt dici q̧ hic hẽtur de pmicerio: q̧ hoc ipſe
pmicerius facit ad mãdatũ archidiaconi: vel vt
vicarius eius: ⁊ ſilr̃ de ↄmittẽdo lectiões in cho
ro ⁊ alia hi⁹. ſtandũ eſt ↄſuetudini eccľe: qs illa fa
ciat archidiaconus vel primicerius vel alius ſm
glo. ad eius curã ex hoc verbo: ⁊ ex illo p aĩab⁹
videt̃ q̧ pmicerius iuriſditionẽ hẽat: p hoc tñ nõ
excludit̃ iuriſditio archidiaconi rõnẽ redditur⁹.
hoſtiẽ. ſi ñ monuerit vel inſtruxerit ſubditos: vel
ſi nõ punierit delinquẽtes: vel epõ denũciauerit:
hz.n.ordinariã iuriſditionẽ in his: q̃ ſibi cõmiſſa
ſũt: de offi.or.cũ ab eccľiarum. ſm inno. qd̃ dicit ho/
ſti. verum eſſe de ↄſuetudine: nã de iure ſcripto non
inuenit: q̧ talis habeat coertionem: immo ↄſiſtit
officiũ ſuũ circa diſciplinã. i. doctrinã ⁊ cuſtodiaz
⁊ circa officia querit̃ ⁊ de negligẽtia obligat̃. ca/
pacẽ ſenſũ. i. multa recipientẽ ⁊ retinẽtem: vacet. i.
intẽdat: vel opam det: hi aũt ſe debẽt habere: vt
vno deficiẽte alter ĩmediatior in dignitate ſup/
pleat: epõ archidiaconus in his que põt: archidia
cono pſbyter: ⁊ ſic de alijs: niſi ſit alia cõſuetudo
in ↄtrariũ. Et dr̃ pmicerius: quaſi pmus in cãtu:
vel pmus in choro: qui cũ abſens ẽ: eius officiuz
ſupplebit qui ei lege vel eruditione pximus eſt:
de quo etiã iſidorus di.25. plectis. Et nota q̧ cã/
tores i templo dñi primũ inſtituit dauid: qui ex
filijs aaron. ſ. eleazar ⁊ thamar elegit deputãdos
ad hoc officiũ. Et ſex decani familias elegit elea
zar deſcendẽtes: ⁊ octo ex thamar ortas: ⁊ quali
bet hebdomada p ſortem trahebãtur: q miniſtra
re debebãt in tẽplo dñi ad laudez domini. i. que
familia: in qua familia vnus erat principalis: qui
dr̃ princeps ſacerdotũ: ⁊ ſecum habebat quilibz
horum. xij. in adiutoriũ: vt habetur in. i. palipoñ. 23
⁊. 24. c. vnde. ⁊ de zacharia patre baptiſte legit̃
luc. i. q̧ erat ỏ vice abie: que erat ex illis familijs
24. ⁊ ſorte exijt: vt incẽſum poneret. ſ. in templo
in ſancta ſanctorum vt ſummus ſacerdos.

¶ De officio cantoris.

De officio cãtoris di
cit iſidorus li. etymologiarum: ⁊ hẽtur diſ.
21. c. i. Cantor vocatus ẽ qui vocẽ modulatur in
cantu. Huius duo genera dicũtur in arte muſica
pcentor ⁊ ſuccentor. Precentor: qui vocẽ pmit/
tit in cantu. Succẽtor: q ſubſequẽter canẽdo re/
ſpõdet. Concentor aũt q2 ↄſonat: qui aũt nõ ↄſo
nat nec ↄcinit: nec ↄcẽtor erit: ⁊ di.25. plectis. dic̃
q̧ ad pmiceriuz qui al's cantor dr̃: ptinet ordo ⁊
modus pſallẽdi in choro p ſolẽnitate ⁊ tpe: ⁊ ma
triculas facere. ſ. p officijs faciẽdis in eccľa. Et q̃
uis pauca habeant̃ in iure de mõ agendi ſe in hi⁹
officio: multa tñ ponit magiſter vmbertus in li.
de offi. ordi. que ↄueniũt tali officio. Vñ aliq̃ po
nemus: ⁊ ſi neminẽ ſub peccato obligent. Et vbi
etiã in aliqua eccľa eſſet aliqua ↄſuetudo in con
trariũ: ñ dico abuſio vel corruptela: ſz ↄſuetudo
que appareat rõnabilis illa ſeruãda eſt: diſ. 12. de
his. Officiũ cantoris ẽ dare opam: vt totũ officiũ
hñ correctũ hẽatur in eccľa. Pertĩet ad eũ libros
eccľiaſticos. ſ. quorum ẽ vſus in diuinis officijs cor
rigere diligẽter in cãtu ſeu nota: in verbis ſeu pũ
ctuationibus ⁊ accẽtibus ⁊ hi⁹. vel p ſe ſi ſcit: vel
p aliũ ſi neſcit libros ipos mũdos tenere: ⁊ apta/
tos in coopturis ⁊ ligaturis ⁊ male tractantes re
phendere: vel apud maiores accuſare: rubricas
que officiũ p tpe ordinãt: ſepe videre ⁊ mẽti ha
bere: ⁊ pcurare: q̧ habeat̃ armariuz: in quo libri
de choro reponant̃: cũ eis nõ eſt opus libellos p
ceſſiõales: cũ hñtur opari ſr̃ibus in choro diſtri
buere. Et qñ occurrũt aliqua officia difficilia ad
cantandũ: ↄgregare iuuenes ⁊ minus doctos: vt
puideãt: ne fiat ↄfuſio in officio in legẽdo vel cã
tando: vel cerimonias ſeruãdo. Notare p tabulã
vel aliũ modũ qui faciãt hebdomadariã: ⁊ mini
ſtrãtes in altari ⁊ ſine acceptione pſonarum ſcribãt
ad officia quoſcũq̧. Tales tñ qui poſſint ⁊ ſciant
ea apte facere: ⁊ multo magis in feſtis: qñ magis
ppľs ↄcurrit ad officia: ⁊ ita q̧ aliq ñ minus gra/
uentur: ⁊ alijs nimis parcat̃ in officijs: ſed equali
tas pportionalis ſeruet̃: ⁊ cũ notat̃ ad aliqd̃ offi
ciũ: ⁊ non põt illud exercere: dz alteri cõmittere:
vel cãtori notificare: vt poſſit de altero hora cõ
grua puideri. Cantor dz manere ĩ choro dextro
⁊ in prima ſede inferioris chori. Põt tñ cũ opor
tuerit: mutare ſedẽ p exercitio aptiori officij ſui:
⁊ aliqñ etiã ad chorum ſiniſtrũ accedere. In officijs
ſolẽnibus feſtorum in medio chori dz incipe cũ ſuc
centore: vel ſine ſm morẽ prie. Et diſcurrere cuz
expedit p chorum ad excitandũ fr̃es ad cantanduz
vel reprimendũ diſcordãtes. De nouo veniẽtib⁹
in ſedibus congruis collocare ſm graduz ſuũ di/
gniores pſonas ponẽtes ſe in loco abiectiori tra
here ad locũ honorabiliorẽ ⁊ ſupiorẽ. Et ecõtra
abiectiores ſe ponẽtibus ĩ ſedibus dignioribus
ad loca hũiliora reuocare: vrbanẽ tñ: ad ipm ſpe
ctat opam dare: vt cãtantes vel legẽtes in choro
ↄcordent in pauſis in inchoatione ⁊ termĩatione

⁊ nota et ꝓtractione:⁊ mittere aliquos de vno
choꝛo ad aliū:ſm ꝙ ē neceſſarium ꝓ tpe. Ad cā
toꝛē ſpectat nouos ſacerdotes īſtruere circa miſ/
ſas:⁊ de adiutoꝛe vel inſtructoꝛe eius ꝓuidere
quouſqꝫ ſufficiēter ſit edoct⁹. Et ſilr alios de no
uo oꝛdinatos in diuerſis oꝛdibus:vt in cātu ⁊ ce
rimonijs ſeruēt qꝺ ſcriptū eſt vel ꝯſuetū:ne diſ/
crepēt ab alijs:qꝺ frequēter accidit circa cerimo
nialia:⁊ cū eps celebꝛat:ꝙ tales ponant̄ ad offi/
cia in ſeruiēdo ei:qui decēter ⁊ oꝛdinate faciāt:ꝗ
fieri oꝫ. Et cū fuerint dicēde aliq̄ oꝛones ſpā/
les vltra nōtas:vt ꝑ pace vel infirmiſ vel aliq̄
miſſe votiue:vel āniuerſaria ipē vel ſacriſta:ſm
ꝙ magis ꝯſueuit:notificet hebdōadario vel alijs
ſacerdotibus:q hn̄t hec dicere. vadat etiā ad ſa/
criſtā:vel mittat aliquē ad videndū:ſi ſūt parati
miſtri ⁊ ſolicitādū eoſ:ne choꝛus hēat expectare.
Debet eē aſſiduus in choꝛo:⁊ p̄cipue cū hebdo/
madaria ē ex choꝛo dextro:quē potiſſime hꝫ di/
rigere. Primus ḡ choꝛū intret:⁊ vltimus exeat:
niſi neceſſitas vel aliud vrgeat. Excitet doꝛmiē
tes:incitet toꝛpētes ad pſallēdū ⁊ cantādū:aliqn̄
vocet ad libꝝ p̄cipue in feſtis:vt minus errēt:an
tiphonas iniūgat īchoādas in choꝛo ſuo:ꝓut vi
debit̄:vel ſm ꝯſuetū a ſupioꝛibus vel inferioꝛib⁹
inchoādo:vt vnicuiqꝫ ſeruet̄ honoꝛ ſuus. ad ipm
ptinet intonare pſalmos ⁊ reſumere antiphonas
voce tali:vt alij poſſint ſeq:ſeruare vocē ⁊ aliquā
do exaltare:qn̄ nimis deijcit̄. Dꝫ etiā ꝓuidere:ꝙ
oēs vadāt oꝛdinate:⁊ ꝙ qui facit officiū hēat li/
bꝛū neceſſariū:⁊ rectificare eū ⁊ oēs alios in his
que agēda ſūt vel dicēda:ei⁹ aūt coꝛrectiōes oēs
ſequi debēt:ēt ſi erret:dūmō n̄ ſit erroꝛ intolera/
bilis:⁊ obedire ei in his que ptinēt ad officiū ei⁹
Officiū ſuccētoꝛiſ ē reſpicere diligēter q̄ dicta ſūt
de officio cātoꝛis:⁊ ſolicitare cantoꝛē de p̄dictis
⁊ diligēter iuuare eū:ſtudere in officio diligenter
⁊ mēti hēre:⁊ rubꝛicas oꝛdinātes officiū. Stare
in choꝛo ſiniſtro:⁊ mutare ſedē rōne officij ī cho
ro ſuo cū voluerit:ipius intereſt:cū hebdomada
fuerit ex pte choꝛi ſui facere officiū. ⁊ exeq̄ diligē
ter:⁊ q̄ dicta ſūt de officio cātoꝛis:inq̄ꝫtum ptinꝫ
ad choꝝ ⁊ ſeptimanā ſuā: hoc excepto ꝙ coꝛre/
ctiones ⁊ directiones in officio n̄ ptinent ad euꝫ
ſup totū choꝝ eccleſie illius:ſꝫ ſolū ſupꝛa choꝛuꝫ
ſuū niſi tpe hebdomade ſue p̄ter intolerabileſ er
roꝛes:quos ſemp coꝛrigere pōt. Itē ad ipm per/
tinet acqeſcere cātoꝛi ī dubijs:ēt ſi male coꝛrigat
vel dicat:n̄ dꝫ ei ꝯtradicere in choꝛo ad vitandū
ꝯtentiones in eo. Et qn̄ cantoꝛ pn̄s nō eſt:debet
ſupplere in oīmbus vices eiuſ:⁊ econuerſo cātoꝛ
vices ſuccētoꝛis abſentis. Uerum vt dictū eſt:in
huiuſmodi attēdenda eſt ꝯſuetudo antiquata in
eccleſijs circa iſta vel alia ſeruāda:dūmodo non
ſit irrōnabilis:di. 8. fruſtra. ⁊ di. ii. in alijs.

¶ De officio ſacriſte ⁊ cuſtodis. c. viiij.

De officio ſacriſte et
cuſtodis ex ꝯcilio tolletano ſic hētur:vt
ſciat ſacriſta ſe ſubiectū eē archidiacono:⁊ ad ei⁹
curā ptinere cuſtodiā ſacroꝝ vaſoꝝ veſtimētoꝝ
ecclaſticoꝛū ſeu totius theſauri. Necnō q̄ ad lu/
minaria ptinēt ſiue in oleo ſiue in cera:de offi. ſa
cri. c. i. glo. ſup verbo vt ſciat ſupple ſtatim⁹ va/
ſoꝝ ſacroꝛū. Secūdo poſt archid. ne ſit cōtra: de
offi. archid. c. ea que. Uel vbi ex ꝯſuetudine ipſe
ſolus ſacriſta cuſtodit. Et idē dicendū de cera ⁊
oleo. ſ. vt fiat ſm ꝯſuetudinē eccle quo ad cuſto/
diā ⁊ ꝓuiſionē eoꝝ. Curā. i. ſolicitudinē ⁊ officiū
Nā de aīabus curā n̄ hꝫ. Cera alias ſera. i. q̄ ſub
clauibus claudūtur:hūc iſidoꝛus di. 25. c. ꝑlectis.
vocat theſaurariū:⁊ qd ad eum ſpectat:declarat
ibi. Et qꝛ cuſtos ē quaſi miniſter ſacriſte:iō iſido
rus in dicto. c. ꝑlectis. Ubi ponit predicta officia
varia n̄ curauit de cuſtode facere mētionē. Sed
in decretalibus ponit̄ ſpālis titulus de officio ſa/
criſte ⁊ de officio cuſtodis. Sꝫ de vtroqꝫ in hoc
c. ſimul ponemus. ¶ De cuſtode eccle qui vt di/
ctum ē:quaſi miniſter ē ſacriſte:ſic dr̄. Cuſtos ec
cleſie:cui ea que ꝯpetūt eccle cuſtodiēda ꝯmittū
tur:oꝫ vt ſui archidiaconi iuſſioni in cūctis obe/
diat. In canonicis hoꝛis ſigna tītynnabuloꝝ pul
ſanda ab eo pulſent̄. Pallea vel linteamina alta
ris ſeu cūcta vtēſilia eccle indeſinēter cuſtodiat:
lāpades ⁊ lucernas in accēdendo ſiue extinguen
do puigil exiſtat:vt ne ſupꝛa modū lucēdo oleuꝫ
depereat:aut min⁹ lucēdo obſcurioꝛ fiat eccleſia
Sꝫ oīa cū diſcretione agant̄:que noſcit̄ oīm eſſe
mater vtutū. Si vo minus idoneus is ad hoc ꝑ/
agendū extiterit:ab archidiacono coerceat̄ vt ſe
emēdet. Si aūt indomitus pmāſerit archidiaco
nus epo nūciādo ꝓuideat:vt indecēte eiecto ap⁹
in domo dn̄i ꝯſtituat̄ miſter:vt oīa in laudē dn̄i
fiāt. Ex lib. 20. oꝛdi. de offi. cuſto. ⁊ in. c. ſeqn̄ti dr̄.
Cuſtos ſolicitus eē dꝫ de oī oꝛnamēto eccle ⁊ lu
minarijs ⁊ incēſo. Necnō panē ⁊ vinū in oī tpe
pꝛepatū ad miſſā hēre dꝫ. Et oēs oblatiōes ſeu
elemoſynas ſeu decias cū cōſenſu archidiaconi
abſēte epo diuidat. hec ibi. Sup vbo vtēſilia dꝫ
cuſtodire ſupple ſub archidiacono ⁊ ſacriſta:ne
ſit ꝯtra qꝺ ſupꝛa dictū eſt de offi. archid. ea que.
Uaſa. n. aurea ⁊ argētea ⁊ veſtimēta precioſa ſm
hoſt. magis ptinēt ad cuſtodiā ſacriſte. Uñ ⁊ the
ſaurarius ab iſidoꝛo dr̄ ⁊ hoc ſeruādū ſm eccle
ꝯſuetudinē:vt ab iſto vel illo. ſ. archidiacono vl
ſacriſta vel cuſtode cuſtodiant̄. Sup vbo indo/
mitus dicit inno. Ex quo incoꝛrigibilis ē:ſine ac
cuſatoꝛe remoueri pōt:qꝛ notoꝛiū ē ipius crimē
ii. q. i. ſi qs ſacerdotū. Et dicit īno. de offi. archid.
ea que. ꝙ ad officiū archidiaconi ſpectat:vt dili
gentē curā hēat ſup oēs inferioꝛes p̄latos ecclaꝝ
q̄liter hec cuſtodiāt. ſ. pcioſa eccle:aꝉs ſi repiatur
negligēs:obligat̄:niſi ipm excuſet ꝯria ꝯſuetudo
ſm hoſt. ſicut cōiter accidit. Qui aūt hꝫ iſtā com
mittere cuſtodiā:caueat cui ꝯmittit. tenet̄ eniꝫ de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fraude ꝛ offenſa illius cui cõmittit: vt hic patz. Et
tenet̃ p̄latus ẜm inno. ñ ſolũ de leui culpa ſʒ etiaʒ
de leuiſſima: nec miꝝ qꝛ qui p̄ciũ recipit ꝑ cuſto
dia: tenet̃ de leuiſſima. Sʒ p̄latus hñs hoc offi/
ciũ pluſq̃ꝫ preciũ recipit: cũ plus ſit hẽre dignita/
tẽ q̃ꝫ preciuʒ. vel ẜm eũ intelligit̃ hoc de vaſis ꝛ
hmõi: q̃ nõ erãt depoſita ſʒ pignori obligata: ul' alio
mõ accepta ab eccl'a vel ep̃o: ꝛ apud archidiaco
nũ cõmendata. ¶ Que ptineãt ad officiũ ſacriſte
ꝛ cuſtodis ẜm quandã decẽtiã: magis q̃ꝫ ẜm iura
ponit mgr̃ vmbertus in li. de offi. ordinarij frm
p̄dicatoꝝ quoꝝ q̃ꝫ plura ñ ſolũ ad religioſos: ſʒ ẽt
ad clericos ſecl'ares ſũt ↄuenictia. Primo ptinet
ad eũ tenere eccl'am mundã: vñ ſepe dʒ eã ſcopa
re p ſe vel p alios. Et q̃ꝫto locus ẽ ſacratioꝛ: tãto
dʒ eẽ mũdioꝛ a pulueribus ꝛ araneis ꝛ hmõ. Vnd
altare pmaxime exinde chorus demũ nauis ec
cleſie inferioꝛ ac ẽt cimiteriũ. Curã hẽre de repa
rãdis tectis: vt tollant̃ ſtillicidia ad obuiãdũ rui/
nis eccl'e. De ſeris ꝛ clauibus locoꝝ: ꝛ de eccleſia
tp̃e ↄgruo apienda ꝛ claudenda. Signa cãpana
rũ ꝑ miſſa vel p̄dicatione vel horis: vel ad pro
ceſſiones ꝛ funera ẜm ↄſuetudinẽ ipſius eccl'e fa/
cere dʒ. Et qñ fiũt plura ſigna vt ad matutinuʒ ꝛ
ad veſperas: decet vt primũ ſit breuius. Et ſecũ/
dũ ꝓlixius: vt ad finẽ ipſius vltimi poſſint ↄueni
re clerici ẽt remoti ab eccl'a: ꝛ diſtãtia ↄpetẽs int̃
ipſa ſigna. Qua hora aũt diei dicant̃ ſingule hore
ſtandũ eſt ↄſuetudini eccl'e: ita tñ q̃ nõ variet ſi
ne vrgẽti cã mõ cito, mõ tarde pulſãdo ad horaſ
quaſcũqꝫ. Vñ ꝛ ſi põt: cõgruũ ẽ hẽre horologiuʒ
bñ ordinatũ ꝛ verax. De cereis hñdis circa alta
re in miſſis matutinis ꝛ veſperis dʒ ꝓuidere cõ/
gruẽter ꝛ de lumĩe accẽſo añ ſacr̃m eucharıſtie.
Debʒ etiã attẽdere: q̃ hoſtie pulchre cũ pixidibꝰ
decẽtibus habeant̃ ꝑ ſacr̃o de mũda farina triti
cea ꝛ vinũ purũ ꝛ ſanũ in aptis ampullis mũdis
ꝛ aqua recẽs. Calices apti ꝛ libri neceſſarij cum
extersorijs ſepe mutãdis ꝛ p ſubdiaconũ lauan/
dis: palle etiã altaris ꝛ tobalee mũde hẽant̃: ꝛ bñ
dite tres ad minus: ꝛ multo magis corꝑalia ĩma
culata. Cauere dʒ: ne hoſtie pue ↄſecrate: q̃ ↄſer/
uant̃ ꝑ infirmis: ꝓpter humiditatẽ mulcide fiãt:
vel ꝓpter calorẽ eſtiuũ vermes ſeu tinee generẽ
tur. Vñ ꝛ ſepe eas dʒ mutare de q̃ndena in q̃nde
nã vel circa. De aqua ẽt ꝑ lauãdis mãibus in ſa/
criſtia ꝛ linteaminibus ad extergendũ: ꝛ nariter/
gijs ĩ miſſis ꝛ patella ignis ĩ hyeme dʒ ꝓuidere.
Diligentiã dʒ hẽre: q̃ locus honeſtus ꝛ decẽtis
pulchritudinis ſup altare vel iuxta altare maius
habeat̃: ĩ quo corpus dñi in pixide honeſta ꝛ or
nata ſub claue ſeruet̃: ꝛ ſilr̃ alia ſacr̃a vt oleũ ſan
ctũ ꝛ chriſma in eccleſijs baptiſmalibus in debi
tis vaſis ſub claui teneãtur: ac ẽt baptiſteriũ. Et
cũ ep̃s ibi vellet facere ordinationes vel bñdicti
ones vel ↄſecratiões abbatũ vel ep̃oꝝ vel eccl'ie
vel altariũ: ꝓuideant̃ neceſſaria de ↄſilio capel/
lani ep̃i: vt hẽantur hec in ꝓmptu: ꝛ in officijs fu/
neꝝ: in ſignis cãpanaꝝ conſuetis foſſis ꝛ cereis ꝛ

facientibus officiũ preꝑatis cũ ſtola pluuiali turi/
bulo aqua bñdicta cãdelis ꝛ hmõ ẜm morẽ patrie
De indumẽtis quoqꝫ ſeu caſulis dalmaticis ꝛ tu
nicellis ꝛ alijs ornamẽtis tã miniſtroꝝ q̃ꝫ altariũ
dʒ attẽdere diligẽter: q̃ ſint decẽtia ñ diſſuta nõ
dilacerata nõ deturpata: varia ſi fieri põt ẜm tp̃a
Nã in ſolẽnitatibus magis pulchra q̃ꝫ diebꝰ cõi
bus. Et ẜm feſtoꝝ varietatẽ ſic diuerſi coloris ve
ſtibus miſtri vtant̃: ſi habeant̃: puta rubeis in fe/
ſtis martyꝝ ꝛ ap̃loꝝ ꝛ penthecoſtes: albis in fe/
ſtis virginis marie ꝛ ſanctaꝝ vginũ angeloꝝ na/
tiuitatis xp̃i reſurrectionis ꝛ aſcẽſionis: viridibꝰ
ꝛ croceis ĩ feſtis ↄfeſſoꝝ ꝛ hmõ: violatis vel nigris
in officijs mortuoꝝ ꝛ dñicis aduẽtus ꝛ. xl. Et cuʒ
vetuſtate ↄſũpta ſũt aliqua ex his: ↄburi debẽt: ſi
cut ẽt chriſma ꝛ oleũ ſanctũ ãni p̄cedẽtis ꝛ capil
li abſciſſi a recipiẽtibus primã tonſurã ꝛ alia ꝑti
nẽtia ad ornamẽtũ eccl'e vel altaris inutilia: ꝛ ci
neres hoꝝ in piſcinã mitti debẽt: ſicut ꝛ ablutio/
nes corꝑaliũ ꝛ extorſioꝝ: ꝛ extorſiones altarium
ↄſecratoꝝ ꝛ alia hmõ: q̃ piſcina dʒ eſſe iuxta altare
maius: vel alio loco apto q̃ capiat multa talia: ꝛ nec
de facili repleat̃. Debent inſup recipe p inuenta/
riũ numeꝝ calicũ cũ patenis libroꝝ ꝑamentoruʒ
altariũ ꝛ veſtiũ ſacraꝝ: q̃ ſũt alicuius valoris cuʒ
ſignis diſtinctiuis: puta cuius ſint coloris ꝛ alijs:
ꝑ que poſſint bñ cognoſci: q̃ libri ſint. ſ. initia ꝛ fi/
nes ꝛ alia. Vñ ñ poſſet fieri fraus. Et ipſa accepta
p inuẽtariũ dʒ ↄſignare p̄lato: cũ expedierit ꝛ vi
ſitatori. Reliqas ẽt cũ ornatibus ſuis: ꝛ q̃ de no/
uo ↄferunt̃ eccl'e: dʒ ſcribere ↄſeruare ꝛ reſigna/
re tp̃e ſuo. Aliqua ẽt ex his ne ledant̃ a tineis: ul'
aliter excutere: vel ad aerẽ extẽdere. Et ſi qua in
utilia de lĩia p̄latoꝝ vẽdit: in alia vtilia ↄuertet
p̄ciũ. Et ſup oĩa q̃ hẽantur in tuto loco ꝛ bñ clau
ſo: ne fures effodiant ꝛ furent̃. Sacriſta ẽt ſolʒ in
eccleſijs cathedralibꝰ ꝓnũciare corã populo ex/
cõicationes cũ cãdelis accẽſis ꝛ ꝓiectis. In alijs
eccleſijs ↄſueuit fieri per rectores earum: vel illo
rum quibus iniunxerint.

¶ De officio vicarij. c. x.

# De officio vicarii et

in decre. 16. q. 7. noua actõne. Ibi ſumit̃
large iſte terminus. ſ. pro officiali ep̃i ꝛ iconomo
ſuo: ẽt vbi eſt aliqua ſp̃ũalitas annexa. Et ſtatuit̃
ibi: q̃ talis ñ põt eẽ laicus. dr̃. n. ibi ſic. Indecoꝝ
ẽ laicũ vicariũ eẽ ep̃i: ꝛ viros eccl'iaſticos iudica
re. In vno. n. eodẽqꝫ officio ñ dʒ eẽ diſpar ꝓfeſ/
ſio dicẽte moyſe. Nõ arabis in boue ſil' ꝛ aſino
id ẽ hoĩes diuerſe ꝓfeſſionis in vno officio ñ ſo
ciabis. Nã coherere ꝛ ↄiũgi ñ pñt: quoꝝ ſtudia ꝛ
vota ſũt diuerſa. Et vt dicit ibi glo. ſtatus regula
ris ñ dr̃ eẽ diſparis ꝓfeſſionis a clericali: qꝛ ꝛ ipſi
ſũt ad ſp̃ũalia applicati: ſʒ ſolũ ſecl'ares. Dr̃ aũt vi
carius q̃ſi vices gerẽs. ſ. eius cuius ẽ vicarius. Sʒ
videndũ primo de vicario pape: qui. ſ. ẽ in vrbe:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deinde de vicario ep̄i vel archiep̄i. Demū de vi
carijs alioꝝ rectoꝝ eccl̄iaꝝ. De vicario pape hē
tur de offi. vica. tua nos. Ubi dr̄ iuriſditio vicarij
quē romanus pōtifex in vrbe relinq̄t: ñ extendit
vltra illā: niſi ei ſpāliter ſit cōceſſum. Querit hic
Jo. an. in nouellis. vtꝝ vicarius talis. ſ. pape poſ/
ſit abſoluere excōicatos ꝓpter iniectionē manuū
violētaꝫ in clericos ſubditos vel ēt aliūde veniē
tes: ⁊ rn̄det de facto. Uidemus pleruꝫ ꝙ abſol/
uit: qd̄ puto ex ſpāli ꝯmiſſione fieri: aliter ñ poſſꝫ
vt puto: ⁊ ſpāliter aliūde veniētes. Et ideꝫ videt̄
de ſubditis: ſi dicimus eū hr̄e illaꝫ vicariā ꝑtātē
quā hꝫ papa in vrbe: vt p̄triarcha ſeu eps̄ vrbis: ñ
quā hꝫ vt eps̄ orbis īcludēs vrbē: vt. ſ. tē ñ abſol
ueret ſubditos: niſi in his caſibus: in q̄bus abſol/
uūt alij ep̄i vel eoꝝ vicarij: puta ñ enormibus: de
ſen. ex. c. ꝑuenit. Item q̄rit an ꝯferat bn̄ficia in vr
be ſpectantia ad collationē pape vel inferioꝝ: vt
poſſet papa. Et rn̄det ꝙ nō: niſi ad hoc hēat ſpā/
le mandatū: vt. c. ſi. eo. ti. li. vi. Itē an poſſit ordi/
nare vel cōmēdaticias lr̄as dare ad ordines re/
cipiēdos ⁊ tenēdos: qd̄ hētur de tēpo. or. c. cū nul
lus. li. vi. ſ. ꝙ non. Itē dubitat̄ an dioceſanus vr/
bis includat̄ in eius iuriſditione? Rn̄deo de iure
videt̄ ꝙ nō. ff. de offi. ꝑfec. ur. l. fi. ⁊ ſic nō veniens
vbi aliud ñ exprimat̄: niſi ꝯtinētia edificia ⁊ ſub/
urbia p. c. ſi ciuitas. de ſent. exco. li. vi. Sꝫ in hoc
oꝫ formā ꝯmiſſionis attēdi: facit ad hoc qd̄ dicē
hic tex. Iteꝫ cū in vrbe ſint tituli cardinaliū: qui
quo ad ſubditos ſuos hn̄t quaſi iuſ ep̄ale: querit̄
an talis vicarius poſſit cognoſcere de cāis ſubdi
toꝝ cardinaliū? Et videt̄ ꝙ ſic ex iſta decretali: q̄
ſolū excludit iuriſditionē extra vrbē: ꝗ plenaꝫ ha
bet in vrbe: quā papa quo ad cāꝝum cognitionē:
cū ſit idē adiutoriū: de conſue. c. z. Item nō minꝰ
dꝫ poſſe vicarius pape in vrbe: ꝙ̄ vicarius ep̄i: q
cognoſcit de cāis ſubditoꝝ ꝑlatis ſubiectis ep̄o:
vt dicet̄ infra de offi. or. paſtoralis. in glo. lꝫ fate/
ar locū eſſe ꝓuentioni: vt ibi dicet̄: niſi aliud ſpā/
li iure ꝯpetat. Et ꝑ hoc ſit reſponſū ad id qd̄ vide
tur quibuſdā: ꝙ vicarius pape ñ hēat papalē: ſed
p̄triarchalem ſeu ep̄alem ꝑtātem. Un̄ licꝫ legatus
poſſit: qui equat̄ ꝯſuli ⁊ ꝑſidi: de off. lega. c. z. lib.
vi. Uicarius tn̄ ñ poterit imediatos vrgere. Nā
vt dixi: ñ minus dꝫ poſſe ꝙ̄ eps̄ vel vicarius eiꝰ.
Iſta oīa ſi ꝑ ꝯſtitutionē declarētur: eſſet cōmen/
dabile. Et ꝙ̄uis iſta ꝯſtitutio. ſ. tua ſit localis: qꝛ
de vicario vrbis tractat: tn̄ in aliquibus ē vniuer
ſalis. Un̄ ⁊ ipſe Jo. an. dicit in principio eius: ꝙ
iſta decretalis ſola in illo ti. tractat de vicario iu/
riſditionē habente: quē alias officialē vocamus.
Et ſup verbo iuriſditio dicit Inno. vicarium ha
bere iuriſditionē ordinariā ꝑ modum arguēdi:
ꝗ notat̄ di. zꝫ. ꝑlectis. in magna glo. idē hoſt. Un̄
glo. ber. ibi dicit: ꝙ vicarius oīa poteſt: que perti
nēt ad iuriſditionē illius: cuius vices gerit. Sed
ſunt quedā: que ſine mādato attētare nō debet:
vt dicet̄ infra. De vicario ep̄i vel alterius iuriſ/
ditionem habente. De vicario ep̄i vel alterius
qui habet iuriſditioneꝫ quaſi ep̄alem: vt ꝑlati
exempti religioſoꝝ: de hoc agit̄ in vi. eo. ti. vbi di
citur: lꝫ in officiale ep̄i ꝑ ꝯmiſſionē officij genera
liter ſibi factā cauſaꝝ cognitio traſſeratur: ꝑtāteꝫ
tn̄ inquirēdi corrigendi aut puniēdi aliquoꝝ ex/
ceſſus ſeu aliquos a ſuis bn̄ficijs vel admiſtratio
nibus amouēdi traſſerre nolumus in eundē: niſi
ſibi hec ſpāliter ꝯmittātur: de offi. vica. licet vbi
glo. Jo. an. dicit ſup verbo officialis: ꝙ talis in/
terdū miſſus dn̄icus appellatur: de regu. c. z. Et
licet negari nō poſſit eos habere iuriſditionē or
dinariā: non tn̄ in oībus recurrit̄ ad eos ſicut ad
dantes. Un̄ ⁊ de caſibus hic exp̄ſſis nō ſe intro/
mittūt nec de ſpūalibus: vn̄ ⁊ lr̄as cōmēdaticias
ad ordines dare ñ pn̄t: vt de temp. or. c. cū nullus
li. vi. Nec officialis archiep̄i preſente vel vicino
archiep̄o pōt in ſuffraganeū eius ferre ſn̄iam ex/
cōicationis interdicti vel ſuſpēſionis. Sup v̄bo
ꝯmittātur dicit glo. ꝙ ſi eps̄ dedit vicariū gene/
ralē: ⁊ in mandato exp̄ſſit aliqd̄ de iſtis: qd̄ requi
rit ſpāle mandatū ſecuta clauſula generali: puta.
Et oīa alia faciendi: q̄ ꝑ nos poſſemus: ēt ſi talia
forēt que mandatū exigerent ſpāle: tūc ꝑ hec oīa
ſpālia pōt. Secus aūt ſi ñ exp̄ſſiſſet aliqd̄ de ſpā
libus: ſꝫ ſolū generale mandatū daret ſm̄ hoſtiē.
Item in. c. cū in generali eo. ti. li. vi. dr̄. ꝙ officialꝭ
ſeu vicarius ep̄i generalis bn̄ficia ꝯferre nō pōt:
niſi bn̄ficiorū collatio ſit ipſis ꝯmiſſa ſpecialiter.
Ubi dicit quedā glo. ꝙ vicarius ſeu officialis dr̄
gn̄alis: nō ſoluꝫ cui dat̄ iuriſditio ab ep̄o vel alio
ꝑlato ſup totam dioceſim. ſeu ſup oēs ſubditos
ſuos. Sꝫ ⁊ ſi inſtituat̄ in aliquo ꝑticulari loco ſue
iuriſditionis: qꝛ nō attēditur generalitas loci to/
tius iuriſditionis: ſed gn̄alitas ꝯmiſſionis cauſa
rū: ad hoc vt cenſeat̄ ordinarius ⁊ idē ꝯſiſtoriꝫ
cū ep̄o. limitatio. n. loci ñ facit aliquē ñ eſſe ordi/
nariū. Itē in. c. romana. eo. ti. li. vi. dr̄ in ſūma ſm̄
Jo. an. ꝙ ſucceſſor officialiſ ſeu vicarij excōicati
excōicatus nō eſt: niſi in crimīe dānato cōicet: po
teſt aūt aliq̄s ſuccedē officiali ſeu vicario dupl̄r.
Quia vel ex eo ꝙ eps̄ vel ꝑlatuſ quis illo amoto
ponit aliū vicariuꝫ: vel qꝛ ip̄e vicarius ſubſtituit
ſibi aliū vicariū de facto vel de iure: cū. ſ. a ſupio
ri hꝫ de hoc ꝑtātem: illa tn̄ q̄ exercet illo excōica
to manēte: q ꝯmiſit vices ſuas: nō valēt: ſi iuriſdi
tione ſolū ab eo recepta hoc fecit. Itē vt dicē glo.
cū officialis vel vicarius ep̄i peccat in his: q̄ ſunt
iuriſditionis: qꝛ idē ē ꝯſiſtoriū ep̄i ⁊ ſui officialis
tunc archiep̄s ſicut ep̄s ſuffraganeos ſuos pōt pu
nire. Si v̄o officialis ep̄i aliq̄d poſſideret vel fa
ceret vt ꝑuatus: tūc archiep̄s plus ñ poteſt ꝑūire
eos niſi ſicut alios ſubditos ep̄oꝝ in caſibus. ſ. ī
q̄bus hēs de offi. or. paſtoralis. Itē nec ep̄s ē ex/
cōicatus nec ip̄e nec officiales ſui ſeu vicarij co/
gnoſcēt de cauſis: cū idē ſit ꝯſiſtoriū. Quid ꝗ ſiē
dū? Rn̄deo: adeat̄ papa: vt ꝓuideat. de ſup. neg.
ꝑla. c. i. Item dicit Jo. an. poſt hoſt. in nouellis. ſu
per. c. tua nos. eo. ti. ꝙ mortuo ep̄o vel eo q vica
riū dedit: ceſſat iuriſditio vicarij: allegat de offi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vica.c.romana.li.vi. Sic etiã dicit de ↄſuetudīe ſeruari: ꝗ̃uis plerũqȝ capitula tales ↄfirment: vel remoueãt: ⁊ ꝑ eis ē: de maio. ⁊ obe. cũ olim. Sci as etiã ꝙ eṗs pōt ſibi ↄſtituere officialē ſeu vicariũ ſine ↄſenſu capituli ſui ⁊ remouere: vt nõ. hoſti. in ſũma. Et hoc etiã approbat ↄſuetudo in talibus ſeruãda: pōt etiã reſtringi locus a ↄmittente vices ſuas: vt ī certo loco tm̃ gerat vices ſuas: qḋ elicit̃ a ſimili: ex eo ꝙ in iſta decretali. tua dr̃ in vrbe ꝭm hoſt. Sic etiam pōt determinari tṗs ⁊ vtrobiqȝ pōt reſtringi, ⁊ reuocari ptãs ꝑ ↄcedē tem. Vñ ⁊ padue ↄſului vicariũ ꝑ capitulũ datũ ad tēpus vacante ſede ante tṗs reuocari poſſe: facit ad hoc qḋ hẽtur de pca. c. fi. Immo qḋ plus ē qꝛ ſi ↄſtituẽtes vicariũ ad certũ tempus iurauerũt vel ꝓmiſerũt ſub certa pena ñ reuocare ante tempus determinatũ: ſi poſtea reuocẽt ante dictũ tṗs: tenet reuocatio. Et ſi ex cã rõnabili hoc faciãt: puta qꝛ male facit officiũ: vẽdit iuſticiã ⁊ hm̃ᵒ. reuocãdo: ñ ſũt piuri: nec debẽt penã: ſecus ſi ſine cã: ⁊ tm̃ tenet reuocatio: vt dictũ ē ar. de ꝓben. dilecto. ¶ De vicarijs q deſeruiũt in ecclĳs in diuinis officijs ꝓ alijs ꝑſonis: q̇bus eccle ſũt intitulate in. c. clericos. eo. ti. ſic ſumatur ꝑ Io. an. Prelatus ñ pōt ſibi ſubſtituē vicariũ. Vel ſic. vicarius ñ pōt dare vicariũ. Sȝ ꝓmũ. ſ. ꝙ ꝑlatus ñ poſſit inſtituere vicariũ in eccľa ſua: intelligas ꝑpetuũ ⁊ ſine auctoritate epī: al's de ↄſenſu epī ñ ē abſonũ: ſȝ ↄſentaneũ rõni: ⁊ ſic nõ ↄtradicit ſȝ ↄcoꝛ. de cle. pere. c. fi. imo legit̃: ꝙ quicũqȝ pōt ipm̃ habere habeat: vbi deficit ꝑlatus: ipe ſuppleat in miſſaꝝ ſolẽnijs ⁊ alijs hm̃ᵒ. 7. q. i. illud. In quo tm̃ caſu ñ excuſat̃ ꝑlatus a reſidẽtia ꝑſonali: ⁊ ſic ñ eſt ↄ: de ꝓben. c. extirpãde. Nec minuit̃ in hoc cultus diuinus: ſȝ auget̃: qḋ ſemꝑ fieri dȝ. Quantũ ad ſecundũ. ſ. ꝙ vicarius ñ pōt inſtituere vicariũ: ſicut nec delegatus ſubdelegare: hoc iḋ eſt: qꝛ vicarij ꝑſona videt̃ electa: ar. de offi. archipſbr̃i. c. i. Maxime ꝓpter certũ miſteriũ: qḋ videt̃ ei demãdatũ: vt de offi. dele. c. fi. imo ēt pōt dici ſpãle: ꝙ vicarius vicariũ ñ ſubſtituat ꝓpter infinitatem vitandã: ar. de reſcrip. c. cũ in multis. li. vi. Dicit tm̃ hoſt. ꝙ lȝ hec ſit de iure: tm̃ ad tṗs ꝑmodicũ ⁊ ex magna cã nõ minus frequenter poterit vicarius aliũ loco ſui relinquere: ſicut fit tota die: vt de appel. ꝓuenit. ii. ℣. interim. Qñ ñ hñt mandatũ ſubſtituẽdi: ſi ſũt infirmi vel impediti ↄlegẽt cauſas tũc pendẽtes. hec ibi. Vñ ex his videt̃: ꝙ ſi vicarij hñt ptãtem ab inſtituẽte eos: vt valeant alios ſubſtituere ſibi: tũc pñt vicarios dare rõne dicte ↄmiſſionis ñ inq̃ꝫtum vicarij ſimplr̃. ¶ De vicaria in bñficijs ſeu ecclĳs. Nota ꝭm hoſt. ꝙ in certis caſibus pōt quis ꝑ vicariũ deſeruire: ꝗ̃uis regulariter ipe deberet reſidere. Primus ē ratõne occupatõnis. Hac rõne excuſat̃ eṗs: q in eccleſia cathedrali hȝ aliquē loco ſui: ⁊ ipe in camera ſua dicit horas: ⁊ poſtea expedit occurrẽtia: ⁊ hoc idē intelligo de quolibet alio legitime occupato: de cele. miſ. c. i. Debet tamen eṗs celebrare in eccľa die dñico ⁊ alijs ꝓcipuis feſtiuitatibus: niſi neceſſitas excuſet. 7. q. i. ꝗpis. Secũdus eſt rõne ſtatuti ſeu ↄſuetudinis: ar. de ↄſti. c. cũ oc̃s. in fi. Terciᵒ rõne priuilegij ſeu diſpẽſationis: de fi. pſby. c. propoſuit. hũc caſũ ↄcedit papa frequẽter hñtibᵒ pluralitatē bñficioꝝ. Et addit dũmodo aĩaꝝ cura ñ negligat̃: ⁊ ecclĳs faciat ꝑ vicarios idoneos ↄſeruire. Et nota ꝙ hi caſus cũ ꝓcedẽti nõ hñt locũ: ſi eccleſia fuerit ſeruitoꝛibus deſtituta: de cle. nõ reſi. cũ ad hoc. Ex quo. n. ↄſuetudo cepit eſſe irrõnabilis ⁊ eccle onerosa: tenẽda nõ eſt: de ↄſue. c. i. Quartus qñ eṗs hȝ ſub ſe homĩes diuerſoꝝ rituũ ⁊ linguaꝝ: nã illis hȝ ꝑ vicariũ deſeruire: de offi. ar. qm̃. Quintus qñ quis hȝ ꝓbendã in eccľa cathedrali: cui ãnexa ē parochialis eccľa: nã talis in cathedrali eccľa deſeruiet ꝑ ſe: in ãnexa ſeruiet ꝑ vicariũ: extra de ꝓben. extirpãde. Sexta rõne defectus ſeu debilitate ſupueniẽte. 7. q. i. c. i. extra de cle. egro. c. i. Septimus qñ neceſſariũ hȝ ꝓficiſci: vt qꝛ cruce ſignatus ē: extra de vo. c. fi. Et ſimiliter qñ ꝓficiſci hȝ vtiliter ⁊ honeſte: vt cã ſtudioꝝ ⁊ ꝑegrinationis: ⁊ de lĩia ꝑlati: de ↄſe. di. 5. nõ dȝ. ¶ Aliqui ponũt ⁊ alios plures caſus: ſȝ iſti videnť ꝓncipalioꝛes. Et nota ꝙ rectoꝛ ecclie cũ lĩia epī pōt clerico ↄductoꝛi fructũ ↄmittere vicariã ſiue curã aĩaꝝ: ita tm̃ ꝙ nihil ꝓpter hoc tpale querat̃: qꝛ ſimonia ē. Itē nota ꝙ vicarius ꝑpetuus ē: q curã hȝ eccle: cuius vicarius ē: q canonice inſtitutus a ꝑſona eccle ↄ auctoꝛitate epī: ⁊ certam dȝ recipe portionem: vt dr̃ eo. ti. ad hoc. ⁊ hi ſũt cogẽdi ad reſidentiã ibi faciendũ eo. ti. ex pte. Et q hȝ ꝑpetuã vicariã: alias habere ñ pōt: extra de offi. vica. Prouideas. nec ſine cã pōt moueri: de offi. vica ad hoc. Item ſi talis vicarius recipit aliquã eccľam cũ cura: ꝑdit vicariã. ⁊ dȝ hr̃e. 25. annos: ⁊ dȝ ꝓmoueri ad ſacerdotiũ ſicut ſi eſſet rectoꝛ oꝛdinarius: alias priuatus eſt: vt extra eo. que de eccleſijs. in cle.

¶ De debito mõ ſe habendi in officio prelature c. xi.

**Pauit eos in innocē**tia cordis ſui: ⁊ in intellectibᵒ manuũ ſuarũ deducet eos ṗs. 72. Officiũ ꝑlatoꝛũ ē paſcere gregē ſibi ↄmiſſũ. Vñ ⁊ ſaluatoꝛ dixit ꝑ ⁊ ſũmo ꝑlato eccle principi. ſ. apľoꝝ petro: cum ei ↄmiſit curã gregis ſui: paſce oues meas Io. vlti. ⁊ iḋ dicunt̃ paſtoꝛes ñ dñi: qḋ optime fecit xp̃s. Vñ dic̃ Io. x. Ego ſũ paſtoꝛ bonus: quē q̇libȝ dȝ imitari: figuratus ipe xp̃s in dauid q ait: pauit eos ⁊c̃. vbi oñdit tres ↄditiones boni ꝑlati. Primo vt q̃rat ſubditoꝝ vtilitatē: qꝛ pauit eos. Secũdo vt hẽat ī agẽdis intẽtionũ puritatē: qꝛ ī inocẽtia. 3ᵒ vt addat exẽploꝝ ꝓbitatē: qꝛ in intellectibus ⁊c̃.

**Primo debet prelatus** querere ñ ſuã ſȝ ſubditoꝝ vtilitatē. vñ dic̃ pauit eos: nõ dicit ſe ſȝ eos. Dicit. n. dñs ꝑ ezechielem

propħetam.34.c.Ue paſtoribus iſrael.i.pplati fi/
delis q paſcebāt ſemetipos nō greges. Nōne gre/
ges paſcūtur a paſtoribus?lac comedebatis: ⁊ la
nis operiebamini?lac comedebatis ⁊c̄.i.accepiſtis
victū delicioſū ⁊ veſtitū pcioſū de oblationibus
ſubditorū:vt poſſeſſiones collatas eccleſijs. Qð
craſſuʒ erat occidebatis:⁊ hoc dupl'r:vel iniuſte
iudicādo ⁊ ɔdēnando eos q ſūt craſſi in pecunijs
vel ſpūaliter.ſ.abſoluēdo indebite:q₂ craſſi.i.di/
uites fauētes vobis:vel occidēdo ſpūaliter craſ/
ſos.i.deuotos.⁊ hoc in malo exēplo:⁊ ideo ſeqt.
Gregē aūt meū nō paſcebatis:qð infirmū fuit.i.ad
vincendū tētationes ⁊ tolerādū tribulationes nō
ɔſolidaſtis.ſ.p monita ⁊ exhortatiōes. Qð egro/
tū.ſ.p peccatū nō ſanaſtis.ſ.p miſtrationē debitaʒ
ſacroꝝ. Qð fractū eſt p malā ɔſuetudinē: qð vix
pōt curari:nō alligaſtis.ſ.p faſcias pecias :⁊ impe
dimēta cohibendo:ne eas ſeqret. Qð abiectū.ſ.
p excōicationē nō reduxiſtis pcurādo ⁊ inducen
do ad querēdū abſolutionē:⁊ qð pierat p here/
ſim ⁊ errores:nō q̄ſiſtis:ſʒ cū auſteritate impabatis
⁊ potētia:⁊ diſpſe ſūt oēs oues mee:eo q nō eēt pa
ſtor:⁊ facte ſunt in deuorationē oīm beſtiaꝝ. Et
paulo poſt pptereа paſtores audite verbū dñi:p
eo q facti ſūt greges mei in rapinā. Ecce ipſe requi
ram gregē meū:⁊ de manu eoꝝ ceſſare faciaʒ:vt
vltra nō paſcāt. Et quō regret:declarat ſapiēs di/
cens. Horrēde ⁊ cito apparebit vobis:qm iudi/
ciū duriſſimū fiet his:q pſunt: ⁊ potētes potēter
tormēta ſuſtinebūt:ſapie.6. Dʒ ergo platus paſcere nō
ſe ſʒ eos.ſ.ſubditos:cibo quidē corpali ſubuenie
do ſubditis in miſerijs eoꝝ:put pōt.vñ hierony.
Quicqd hñt clerici:pauperꝝ ē:⁊ dom⁹ eoꝝ oībus
debēt eē cōes.16.q.i.qm. Nō canes ⁊ aues nō eqs:
ſʒ eos.ſ.hoīes debēt paſcere:nō dños ⁊ milites:vt
ſibi eos amicos faciat:nec ɔſāguineos:vt diuites
faciat:nō hiſtriones aut cōcubinas ſʒ eos.ſ.ſubdi/
tos indigētes:⁊ multo magis paſcere dʒ cibo ſpi
rituali ſacroꝝ ⁊ pdicationū. Et vtrūqȝ xpus fecit
dās corpus ⁊ ſanguinē ſuū:frequēter docēs ⁊ tur
bas famelicas panibus ⁊ piſcibus bis reficiens:
vt Jo.6.⁊ mat.2. Prelatus dʒ hēre in plature ex
ercitio rectā intētionē:⁊ ſic paſcit in ĩnocētia cor
dis ſui:vt vʒ nō paſcat ppl'm ſuū bñ gubernando
ppter amorē ⁊ honorē mūdi ⁊ glām ſui:aut ac/
q̄ſitione lucri:vt nō diſſimulet correctionē vitio/
rū ppter timorē ſui vel ſue dānificationis expul/
ſionis ſeu occiſionis. Nā bonus paſtor ait dñs ie
ſus:aīam ſuā.i.vitā ponit p ouibus ſuis cuſtodie
dis Jo.x. Et hoc ē qð dicebat pmus paſtor eccle
ſie. Paſcite eū qui in vobis ē gregē. Et quō in in/
nocētia cordis paſcāt:declarat ſubdēs nō coacte
ſed ſpōtanee ſcd'm deū:nō turpis lucri grāʒ volūta/
rie. Nec vt dñantes in clero:ſʒ forma facti gre/
gis ex aīo:vt cū venerit pnceps paſtoꝝ.ſ.xps:pci
piatis ĩmarceſcibilē glīe coronā.i.pe.5. Nec ſuffi
cit ad innocētiā cordis plato:q ipē nō malū infe
rat cuiqȝ:vel ſcādalizet malo exēplo : niſi ēt vtat
baculo correctionis. Nec etiam ſine cā datur ei

baculus paſtoralis:ſed idcirco vt pugnat negli/
gētes:pcutiat delinquētes:⁊ vnco retrahat errā/
tes. Et lʒ nō oēs plati vtātur baculo paſtorali:ſʒ
epi ⁊ abbates aliq:q₂ non hñt tantā dignitatē et
latā iuriſditionē:tñ ad oēs platos ptinet pdicta
exercere erga oues ſibi cōmiſſas:alias innocens
nō ē. Vñ aug.li.de ci.dei ait. Pertinet ad innocē
tis officiū nō ſolū nemini malū inferre:veꝝ etiam
cohibere a peccato.ſ.alios:⁊ punire pctm:vt aut
ipē corrigatꝰ expimēto:aut alij terreātꝰ exemplo.
hec ille. Heli in ſe bonus fuit:ſʒ q₂ filios ſuos pra
uos nō dure arguit:innocēs nō fuit:⁊ iō grauiter pu
nitus a dño:vt pʒ.i.Reg.c.4. Dʒ tertio platus p
bere ſubditis ſuis exēpla pbitatis ad qð hortatꝰ
aug.in regula dicēs. Honore corā vobis platus
ſit vobis:timore corā deo: ſubtractus ſit pedib⁹
veſtris.ſ.p humilitatē mētis ſe inferiorē ſubditis
reputās. Et ſubdit:ſeipm bonoꝝ opm pbeat ex/
emplū. Nil ita exēplare in plato:ſicut hūilitatis
opus.ſ.in victu ⁊ veſtitu:in comitatu ĩ affatu ĩ ge
ſtu in actu:vt habeat tenuē victū nō pōpoſū veſti
tū:pauperꝝ honoꝝ ſocietatē nō adoleſcentiū cala
miſtratoꝝ ⁊ diuiſatoꝝ.oēs audiat ēt infimos:oī
bus benigne rñdeat:niſi cū prauos dure increpa
re oʒ. Nō oculos ſublimes vel ceruicē erectam
vel pminus pectus habeat: ſʒ ɔpoſito greſſu in/
cedat:hūilia exercēs ⁊ querens:nō ſublimia:q oīa
xps paſtor bonus pegit:lauans diſcipulis pſonis
abiectis pedes:ēt ⁊ pditori ſuo iude dicēs. Exē/
plū dedi vobis:vt queādmodū ego feci:⁊ vos fa
ciatis Jo.13. Et p talia exēpla bonoꝝ opm ducet
⁊ diriget gregē ſuū ad paſcua:⁊ demū ad eternū
ouile. Et hoc ē qð dicit ps. In intellectibus ma/
nuū ſuaꝝ deduxit eos. Manus corpales claꝝ ē:
q nō hñt intellectū:ſʒ manus ſpūales que ſūt opa
bona:iſta hñt intellectū:q₂ fiūt cū rōne:⁊ augent
intellectū hoī in agēdis.q̄to.n.qs meliꝰ opatur
tāto magis mēte a deo illuſtratꝰ ad cognoſcendū
veritatē:in eo qð agē dēbeat. Vñ ⁊ ſimpliciſſimi
hoīes ⁊ mulieres idiote hēre repiuntꝰ melius iudi
ciū de agēdis aliqñ:q̄ʒ viri pitiſſimi:⁊ hoc ppter
vite pbitatē. Deducet ingt eos in ĩtellectibus ma
nuū ſuaꝝ:⁊ ex illuminatiōe mētis:quā pcipiet ex
bōis opibus ſuis:q opa bona oues ſeqñt viden/
do exēplū in paſtore ſuo. Deducet ait nō ducet:q₂
de vno loco ad aliū. Nā hoc ē exercitiū boni pla
ti:vt ſubditos q̄tuʒ pōt:ſemp ducat de impfecto
ad pfectiorē ſtatū:ſicut paſtor nō ſemp tenet oues
in eodē loco ad paſcēdū:ſʒ de loco ad locū dedu
cit:ac ēt ad potandū ad aq̄s viuas:ſicut fecit Ja/
cob geñ. Qui ēt poſuit in canalibus virgas popu
leas ⁊ amigdolas ptim decorticatas:vt ex aſpe/
ctu eaꝝ oues poſtea ɔciperēt fetus varij coloris
ad figurādū:vt exponit greg.in mor.q plati gre
ges ſibi ſubiectos debēt ad aquas ſacrarum ſcri/
pturarum ducere:predicando admonendo ⁊ ex
hortādo:et virgas.i.ſñias ⁊ opa rectoꝝ ptim ibi
ɔtēta:⁊ ptim ſcd'm l'ram ibi ppone:vt hiſtoria tob:
ptim ſcd'm ſenſū myſticum remouendo ſupficiem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

littere:ꝛ verba que ipe iob ſubintulit maledictio
nis:vt in hꝰ doctrinis īformate oues.i.ſubditi pa
riant fetus varios.i.diuerſa bona opa.Et vt ma
gis pateat:quō ſe ꝑlatus dꝫ hēre in regimīe quo
ad ſe ꝛ quo ad ſubditos.Nota quedā breuit̄ ex/
cerpta ex li.paſtoꝛa.beati greg.pape.

## De vita et modo regē

di ꝑlatoꝝ.Nota que ponit greg.in paſtoꝛal.ꝛ in
ꝓlogo ſic ait.Penſandū valde ē ad culmē regi/
minis quiſqꝫ q̄liter ꝑueniat:atqꝫ ad hoc rite ꝑue/
niēs q̄liter viuat:ꝛ bñ viuēſ qualiter doceat:ꝛ re
cte docēs infirmitatē ſuā quotidie quanta ꝯſide
ratiōe agnoſcat:ne aut hūilitaſ acceſſū fugiat:aut
ꝑuētioni vita ꝯdicat:aut vitā doctrina deſtituat:
aut doctrinā ꝑſūptio extollat in.i.li.c.i.Nulla arſ
doceri ꝑſumit̄:niſi ꝑus intēta meditatiue diſcat̄.
ab imꝑitis ḡ paſtoꝛale magiſteriū qua temeritate
ſuſcipit̄:qn̄ ars ē artiū regimē aīaꝝ.Quis cogita
tionū vulnera occultioꝛa eſſe neſciat vulneribuſ
viſceꝝ:ꝛ tn̄ ſepe q nequaqꝫ ſpūalia ꝑcepta noue/
rūt:coꝛdis ſe medicos ꝓfiteri nō metuūt:dū qui
pigmētoꝝ vim neſciūt:videri medici carnis eru
beſcūt.Et ſūt nōnulli q ſolerti cura ſpūalia prece
pta ꝑſcrutant̄:ſꝫ q̄ intelligēdo penetrāt:viuendo
ꝯculcāt.Repēte docēt q̄ nō ope ſed meditatōne
didicerūt:ꝛ qđ in verbis ꝑdicāt:moribus impu/
gnāt li.i.c.z.Sepe quoqꝫ ſuſcepta cura regiminis
ſ.debito mō coꝛ ꝑ diuerſa diuerberat:ꝛ īpar in/
uenit̄ quiſqꝫ ad ſingula:dū ꝯfuſa mēte diuiditur
ad multa.Cūqꝫ foꝛas ꝑ inſolentē curā trahit̄:a
timoꝛis intimi ſoliditate vacuat̄:ꝛ fit in exterioꝝ
diſpoſitiōe ſolicita ſolū ignara ꝛ ſui.Et dū pluſqꝫ
neceſſe ē:ſe exterioꝛibus implicat:q̄ſi occupata
in itinē obliuiſcit̄:q̄ tēdebat.Sepe dū multa ſup
petūt:dūqꝫ agi ꝑnt:q̄ ſubiecti acta mirent̄:in cogi
tatione ſua ſe aīmus eleuat:ꝛ plene in irā iudicis
ꝓuocat:q̄uis ꝓpinqua foꝛas opa n̄ erūpat li.i.c.
4.Et ſūt nōnulli q eximia virtutū dona ꝑcipiūt:
ꝛ ꝓ exercitatione ceteroꝝ magnis mūeribus ex/
altant̄:q nimiꝝ culmē regiminū ſi vocati ſuſcipe
renuūt:ipa ſibi plerūqꝫ dona adimūt:q̄ n̄ ꝓ ſe tm̄
ſꝫ ēt ꝓ aliis acceperūt:q ſi diſtricte iudicent̄:ꝺ tā
tis ꝓculdubio rei ſūt:quātis veniētes ad publi/
cū ꝓdeſſe potuerūt li.i.c.5.Et ſūt nōnulli:q ex ſo
la hūilitate ꝛfugiūt:ne eis qbus ſe īpares exiſtimāt
ꝑferant̄:quoꝝ ꝑfecto hūilitas ſi ceteris q̄qꝫ vtuti
bus cingit̄:tūc añ oculos dei verax ē:cū ad rñdē
dū hoc qđ vtiliter ſubire ꝑcipit̄:ptinax n̄ ē:ꝛ īfra
Si iā donis ꝑuētus ē:qbus ꝛ aliis ꝓſit:ex corde
dꝫ fugē ꝛ īuitus obedire li.i.c.6.Plerūqꝫ hi qui
ſubire paſtoꝛale magiſteriū cupiunt:nōnulla q̄qꝫ
bona opa aīo ꝓponūt:ꝛ q̄uis hoc elationis intē
tione appetāt:opaturos tn̄ ſe magna ptractant:ꝛ
infra.Neceſſe ē vt cū cogitatō extra vſū ducitur
ꝓtinus mētis oculus ad opa trāſacta reuocet̄ ac
ꝑſēſet vnuſqſqꝫ qd ſubiectus egerit:ꝛ repente co/
gnoſcet:ſi ꝑlatus bona agere que ꝓpoſuit poſſit:
quia nequaqꝫ valet in culmine humilitatē diſcē:

qui in imis poſitus n̄ deſinit ſupbire li.i.c.9.Ille
igit̄ modis oībus dꝫ ad exemplū bñ viuēdi ptra
hi:qui cūctis carnis paſſionibus moꝛiēs iā ſpūa/
liter viuit:q mūdi ꝓſpa poſtponit:q nulla aduer
ſa ptimeſcit:q ſola interna deſiderat:cuius inten/
tioni bñ congruēs nec oīno ꝑ imbecillitatē coꝛ/
poꝛis nec valde ꝓ ꝯtumeliā ſpūs repugnat:q ad
aliena cupiēda n̄ ducit̄:ſꝫ ꝓpꝛia largit̄:q ꝑ pietatiſ
viſcera citius ad ignoſcendū flectit̄:nūqꝫ plus q̄ꝫ
deceat ab arce rectitudinis inclinat̄:q nulla illici
ta ꝑpetrat:ſꝫ ꝑpetrata ab aliis vt ꝓpꝛia deploꝛat
Qui ex affectu coꝛdis aliene infirmitati cōpatit̄:
ſicqꝫ in bonis ꝓximi ſicut in ſuis ꝑfectibus letat̄.
Qui ita ſe imitabilē ceteris cūctis q̄ agit inſinuat
vt inter eos nō habeat quod ſaltē de tranſactis
erubeſcat:qui ſic ſtudꝫ viuere:vt ꝓximoꝝ coꝛda
arētia doctrine valeat īfluētis irrigare.Qui oꝛa
tionis vſu ꝛ experimento iā didicit:ꝙ obtinere a
dño qđ popoſcerit poſſit:cui ꝑ effectus vocē iā
quaſi ſpāliter dr̄:adhuc te loquēte dicā:ecce aſ/
ſum li.i.c.10.¶ Qualē debet ꝑlatus ſe exhibē in
regimine:nota ex ſecūdo li.paſtoꝛ.c.i.Tantū dꝫ
actionē ꝑplī tranſcēdere vita ꝑſulis:q̄tum diſta
re ſolet a grege vita paſtoꝛis.Rectoꝛ ſemꝑ cogi/
tatiōe ſit mūdus:q̄tenus nulla hūc īmūditia pol
luat:q hoc ſuſcepit officiū:vt in alienis coꝛdibus
pollutiōis maculas tergat:qꝛ neceſſe ē:vt eē mū
da ſtudeat manꝰ:diluere ſoꝛdes curat.c.i.Sit re/
ctoꝛ opatione ꝑcipuus:vt vite viā ſubditis viuē
do denūciet:ꝛ grex q paſtoꝛis vocē moꝛeſqꝫ ſeq
tur:ꝑ exēpla melius q̄ꝫ ꝑ verba gradiat̄:blādimē
ta mūdi reſpecto intimo terroꝛe deſpiciat.Terro
res aūt ꝯſiderato interne dulcedinis blādimēto
ꝯtēnat.c.3.Sit rectoꝛ diſcretus in ſilentio:ne aut
tacēda ꝓferat:aut ꝓferēda reticeſcat:nā ſicut īcau
ta locutio erroꝛē ꝓtrahit:ita indiſcretū ſilentiū
hos q erudiri poterant:in erroꝛe derelinqt.c.4.
Sit rectoꝛ ſinglis ꝯpaſſione ꝓximus:ꝑ cūctis cō
tēplatione ſuſpēſus:vt ꝑ pietatis viſcera in ſe īfir/
mitatē ceteroꝝ trāſferat:ꝛ ꝑ ſpeculationis altitu/
dinē ſemetipm̄ īuiſibilia appetēdo tranſcendat.
Ne aūt alta appetēs ꝓximoꝝ infirma deſpiciat:
aut infirmis ꝓximoꝝ cōgruens appetē alta dere
linquat.c.5.Sit rectoꝛ bñ agētibus ꝑ hūilitatem
ſociꝰ:ꝯ delinquētiū vitia ꝑ iuſticie zelū erectus:
vt bōis ī nullo ſe ꝑferat:ꝛ cū prauoꝝ culpa exigit
ptātē ꝓtinus ſui ꝑoꝛatus agnoſcat:q̄tenus ꝛ ho/
noꝛe ſuppreſſo eq̄lē ſe ſubditis bñ viuētibꝰ depu
tet:ꝛ erga ꝑuerſos iura rectitudīs n̄ exercē foꝛmi
det.c.6.Sit rectoꝛ internoꝝ curā in exterioꝝ oc/
cupatiōe n̄ minuēs:exterioꝝ ꝓuidētiā in īternoꝝ
ſolicitudīe n̄ relinquēs.ne āt exterioꝛibꝰ deditus
ab intimis coꝛruat:aut ſolis īterioꝛibꝰ occupatꝰ:
q̄ foꝛis dꝫ ꝓximis n̄ impēdat.Sepe n̄nulli velut
obliti ꝙ frībꝰ aīaꝝ cā ꝑlati ſūt toto coꝛdis adni/
xu ſecłaribꝰ curiſ īſeruiūt.Has cū abſūt:ſe agē ex
ultāt:ad has ēt cū deſūt diebꝰ ac noctibꝰ cogitatō
nis turbide eſtibꝰ anhelāt.At ꝯ n̄nulli gregi cuſto
diā ſuſcipiūt:ſꝫ ſic ſibimet vacare ſpūalia appetūt

vt rebus exterioribus nullatenus occupent̃: qui
dũ curare corpa funditus negligũt: ſubditoꝝ ne-
ceſſitatibus minime ſuccurrũt: quoꝝ nimiꝝ p̃di
catio plerũqꝫ deſpicit̃: qꝛ dũ delinquentiũ facta
corripiũt: ſꝫ tñ eis neceſſaria p̃ñtis vite cũ p̃ñt: ñ
tribuũt: nequaqꝫ libẽter audiũtur. c. 7. Rector ſo
licitus inuigilet: ne hũc cupido placẽdi hominibuſ
pulſet: ne cũ ſtudioſe interiora penetrat: cũ ꝓuide
exteriora ſubmĩſtrat: ſe magis a ſubditis diligi:
qꝫ veritatẽ querat: ne cũ bonis actibus a mundo
videt̃ alienuſ: hũc auctori reddat extraneũ amor
ſuus. Hoſtis nãqꝫ redẽptoris qui p recta opa: q̃
facit eius vice ab eccl̃a amari ↄcupiſcit: ꝙ adulte
rine cogitationis reus ẽ: ſi placere puer ſpõſe ocu
lis appetit: p quẽ ſpõſus dona tranſmiſit. Qui ni
mirũ amor ꝓprius: cũ rectoris mẽtẽ cepit: aliqñ
hãc inordinate ad mollicieẽ: aliqñ vero ad aſperi
tatẽ rapit: in molliciẽ vꝫ cũ peccãtes ſubditos re
cipit: ne erga hũc eoꝝ dilectio torpeat: corripere
ñ p̃ſumit: nõnunqꝫ vero ſubditoꝝ errata que in-
crepare debuerat: adulatiõibus demulcet. Quoſ
vero nil valere ↄtra ſe ↄſpiciũt: hos nimiꝝ aſpe-
ritate ſemp rigide inuẽtionis premũt: nunqꝫ cle-
mẽter monẽt: ſꝫ ⁊ illicita que faciũt nolũt: vt ali-
qs ↄtradicat. Rectores ṽo bõi dũ priuato amo
re diligere ſe neſciũt: libere puritatis verbũ a ſub
ditis: obſequiũ hũilitatis credũt. Sed inter hec
neceſſe ẽ: vt cura regiminis tanti moderamĩs ar
te tẽperetur: q̃tenus ſubditoꝝ mens cũ quedã re
cte ſẽtire potuerit: ſic in vocis libertatẽ ꝓdeat: vt
tñ libertas in ſupbiam ñ erũpat. Nedũ fortaſſe
ĩmoderatius lingue eius libertas ↄcedit̃: vite ab
his hũilitas amittat̃. Sciẽdũ quoqꝫ ꝙ oporteat
vt rectores bonis placere hoĩbus appetãt: ſꝫ vt
ſue extimationis dulcedĩe ꝓxios in affectũ veri-
tatis trahãt. Nõ vt ſe amari deſiderẽt: ſꝫ vt dile-
ctionẽ ſuã quandã viã faciant in auditoribus ad
amorẽ ↄditoris. c. 8. Scire ẽt rector dꝫ: ꝙ plerũ-
qꝫ vitia virtutes eẽ mẽtiunt̃. Nã ſub parſimonie
noĩe ſe tenacia palliat: ⁊ effuſio ſub appl̃one lar
gitatis occultat: remiſſio pietas ⁊ ira zelus extĩat̃
⁊ hĩ. c. 9. ¶ De diſcretione correctiõis ⁊ zelo ad
monitionis ſciendũ: ꝙ aliqñ ſubiectoꝝ vicia pru
dẽter diſſimulãda ſũt: ſꝫ qꝛ diſſimulãtur indican
da. vt cũ delinquẽſ ⁊ dep̃hẽdi ſe cognoſcit: ⁊ ꝑpe
ti has q̃s in ſe tacite tolerari ↄſiderat: augere cul
pas erubeſcat: ſeqꝫ ſe iudice puniat: quẽ ſibi apõ
ſe rectoris patiẽtia clemẽter excuſat. Nonnulla
ṽo vel apte cognita mature tolerãda ſũt: vt cum
vꝫ reꝝ mĩme oportunitas ↄgruit: vt apte corrigã
tur. Nã ſecta ĩmature vulnera deteri⁹ ĩferueſcũt
Sꝫ cũ tp̃s ſubditis ad correctionẽ q̃rit̃: ſub ipſo
culpaꝝ põdẽ patiẽtia p̃ſul exercet̃. Nõnulla aũt
ſũt ſubtilit̃ occulta p̃ſcrutanda: vt qbuſdã ſignis
erũpentib⁹ rector in ſubditoꝝ mẽte: õe qd clauſũ
latet inuẽiat: ⁊ intueniẽte correctiõis articulo ex
mĩmis maiora cognoſcat. Nõnulla ãt ſũt leuiter
arguẽda: nã cũ ñ malicia ſꝫ ſola ignorãtia vel ĩfir
mitate peccat̃: ꝑfecto neceſſe ẽ: vt magno mode
ramine ipa delicti correctio tpetur. Cũcti. n. cor-
rectiõis nr̃e ĩfirmitatib⁹ ſubiacem⁹. Ex ſe ḡ q̃libꝫ
dꝫ colligẽ q̃lit̃ aliene hũc oporteat ĩbecillitati mi
ſereri. Debitũ ẽt rectoris ẽ ſupne p̃rie gl̃iaꝫ p vo-
cẽ p̃dicatiõis oñdẽ: q̃ꝫta in hi⁹ vite itinẽ tẽtamẽta
antiq hoſtis lateãt apire. Et ſubditoꝝ maleficia
q̃ tolerari leuit̃ ñ debẽt: cum magna zeli aſpitate
corrigẽ: ne ſi min⁹ ↄ culpas accẽdit̃: culpaꝝ oĩm
reus ipe teneat̃. Et ñ ſolũ debẽt ĩnoteſcẽ q̃lit̃ vi-
tia ĩpugnẽt: veꝝ ẽt qño cuſtodire nos ṽtutes ro-
borẽt. Sꝫ ſciendũ cũ ad increpationẽ ſe mẽs do
ctoriſ exaſpat: difficile valde ẽ: vt aliqd aliqñ qd
dicẽ ñ debuit: erũpat. Cũqꝫ increpatõ moderata
accẽdit̃: corda delinquẽtiũ in deſpationẽ depri-
munt̃. Vñ neceſſe ẽ: vt cum rector ſubditoꝝ men
tes pluſqꝫ debuit ñ ꝑcuſſiſſe conſiderat apud ſe
ſemper per penitẽtiam recurrat. c. 10.

¶ De diuerſis modis admonẽdi ſubditos ⁊ po
pulos.

Quod diuerſis mo-
dis dꝫ admonẽ ſubditos ſeu ppl̃os non
vna eadẽqꝫ cũctis exhortatio ↄgruit: qꝛ nec cũ-
ctos par moꝝ q̃litas aſtrĩgit. Sepe nãqꝫ alijs of-
ficiũt: q̃ alijs ꝓſũt: qꝛ ⁊ plerũqꝫ herbe q̃ hec aĩalia
nutriũt: alia occidũt: ⁊ lenis ſibilus eq̃s mitigat:
catulos inſtigat: ⁊ medicamẽtũ qd hũc morbum
ĩminuit: alteri vires iũgit. Et panis q vitã fortiũ
roborat: puuloꝝ necat. Pro q̃litate igit̃ audiẽtiũ
formari dꝫ forma ⁊ ſmo doctoꝝ: vt ⁊ ſinglis cõ
gruat: ⁊ tñ a cõis edificationis arte nũqꝫ recedat.
Quid. n. ſũt intẽte mẽtes auditoꝝ: niſi vt ita dixe
rim: q̃dam in cithara tẽſiões ſtrate cordaꝝ: q̃s tã
gẽti artifex: vt ñ ſibimetipĩs diſſimile canticũ fa-
ciat: diſſimilit̃ pulſat. Et iccirco corde ↄſonã mo
dulationẽ reddũt: qꝛ ñ vno quidẽ plectro ſꝫ vno
ĩpulſu ferunt̃. Vñ ⁊ doctor q̃ſqꝫ vt in vna cũctos
ṽtute charitate edificet: ex vna doctrĩa ñ vna ea-
dẽqꝫ exhortatione tangẽ corda audiẽtiũ dꝫ: alĩ
nãqꝫ viri aliter admonẽde ſũt feĩe: aliter iuuenes
aliter ſenes: aliter inopes: aliter locupletes ⁊c. li. 3.
c. i. ¶ Tãta aũt arte vox tẽperãda ẽ: vt cũ diuer-
ſa ſint auditoꝝ vitia: ⁊ ſingulis inueniat̃ cõgrua
⁊ tñ ſibimetipĩ ñ ſit diuiſa: vt inter paſſiones me-
dias vno quidẽ ductu tranſeat: ſꝫ more bicipitis
gladij tumores cogitationũ carnalium ex diuer
ſo latere incidat: quatenus ſic ſupbis p̃dicet̃ hu-
militas: vt tamẽ timidis nõ augeat̃ metus. Sic
timidis infundat̃ auctoritas: vt tñ ſupbis nõ cre
ſcat effrenatio: ſic ocioſis ac torpẽtibus p̃dicetur
ſolicitudo boni operis: vt tñ inquietis ĩmodera
ta licentia non augeat̃ actioniſ. Sic inquietis po
natur modus: vt tñ ocioſis ñ fiat torpor ſecurus.
Sic ab impatiẽtibus extinguat̃ ira: vt tñ remiſ-
ſis ac leuibus ñ creſcat negligẽtia. Sic lenẽſ accẽ
dant̃ ad zelum: vt tñ iracundis ñ addatur incen-
dium ex. 3. li. c. 34. Et grauis quidem predicato-
ri labor eſt in communus predicationis voce ad

occultos ſinguloꝝ motuſ cauſaſq̄ꝫ vigilare. Mul
to tñ acrioꝛi laboꝛe fatigatur: qñ vni ⁊ cõtrariiſ
vitijs ſeruiēti p̄dicare ꝯpellitur. Plerūq̄ꝫ.n.quis
lete nimis ꝯſparſionis exiſtit: ſed tñ eū repēte ab
oꝛta triſticia imaniter depꝛimit. Curādū itaq̄ꝫ p̄
dicatoꝛi ē: q̄ten⁹ ſic ṫgat triſticia que venit ex tpe:
vt ñ augeaṫ leticia: que ſuppetit ex ꝯſparſiōe. Et
ſic freneṫ leticia que ex ꝯſparſione ē vt tñ ñ cre/
ſcat triſtitia: que venit ex tp̄e ⁊c̄. Quid aūt miruꝫ:
ſi medici mentiū iſta cuſtodiūt: dū tanta diſtricti
onis arte ſe temperāt: qui nō coꝛda: ſꝫ coꝛpa me/
dentur? Sꝫ qꝛ plerūq̄ꝫ dum duoꝝ vitioꝝ lāguoꝛ
irruit: hoc leuius illō foꝛtaſſe grauius p̄emit. Et
nimirū vitio rectius ſub celeritate ſubuenitur: p
qō feſtine ad interitum tendiṫ. Et ſi hoc a vicina
moꝛte reſtringi nō pōt: niſi illud etiaꝫ qō exiſtit:
ꝯtrariū creſcat: tolerādū p̄dicatoꝛi ē. vt p exhoꝛ/
tationē ſuā artificioſo moderamine vnum patia
tur creſcere: quatenus poſſit aliud a vicina moꝛ/
te retinere. c.39. ⁊ ſequēti li.3. in fi. ſic dicit: pulchꝛ
depinxi hoīem pictoꝛ fedus. grego. De hoc rite a
rectoꝛe agitur: ſi ſupne foꝛmidinis ⁊ dilectionis
ſpiritu afflatus ſtudioſe quotidie ſacri eloquij p̄
cepta mediteṫ: vt in eo vim ſolicitudīs ⁊ erga ce/
leſtē vitā ꝓuide circūſpectionis: quā hūane ꝯuer
ſationis vſus indeſinēter deſtruit: diuine admo/
nitionis verba reſtaurāt. Et qꝛ ad vetuſtatē vite
p ſocietatē ſecularium ducitur ad amoꝛē ſemp ſpiri
tualis patrie: aſpiratione renoueṫ. Ualde nāq̄ꝫ in
ter hūana verba coꝛ defluit: cū indubitāter ꝯſtet
qꝛ exterius occupationū tumultibus impulſuꝫ a
ſemetipo coꝛruat: ſtudere inceſſāter dꝫ: vt p eru
ditionis ſtudiū reſurgat: hinc ē enim: ꝙ p̄latū gre
gi diſcipulū paulus admonet dicens. i. ad ti. 4. c.
Dū venio: attēde lectioni: hoc de. 3. li. c. ſi. Deiuꝫ
ſanctū querit charitas veritatis. Negociū iuſtuꝫ
ſuſcipit neceſſitas charitatis: quā ſarcinā ſi null⁹
imponit pcipiende atq̄ꝫ intuēde vacandū ē veri/
tati: ſi aūt imponiṫ: ſuſcipiēda ē: p neceſſitatē cha
ritatis deſiderāda ē. Sꝫ nec ſic oīno veritatis di
lectio deſerenda eſt: ne ſubtrahaṫ illa ſuauitas: ⁊
opꝛimaṫ iuſta neceſſitas. Aug. 8. q. i. qui epatuꝫ
Et quia ſepe dū p̄edicatio modis ꝯgruentibus
vbertim fundiṫ: apud ſemetipm̄ de oſtēſione ſui
occulta letitia loquentis aīmus ſubleuaṫ: magna
cura neceſſe ē: vt timoꝛis laceratiōe ſe moꝛdeat:
ne qui alioꝝ vulnera medēdo ad ſalutē reuocat:
ipe p negligētiā ſue ſalutis intumeſcat: ne p̄ximoſ
iuuādo ſe deſerat: ne alios erigēs cadat. Nā qui/
buſdā ſepe magnitudo virtutis occaſio pditiōis
fuit: vt cū ō ꝯfidentia viriū inoꝛdinate ſecuri ſūt
p negligentiā inoꝛdinate moꝛerenṫ: hec de li. 4.
paſtoꝛ. greg. c. i. De archip̄ſbyteris decanis ⁊ aliiſ
curatis: quid ptineat ad curā quaꝫ habent: ſuper
hoc Jo. an. in nouellis de pe. ⁊ re. omnis. allegat
hoſt. ſic diffinientem curā. Cura ē vigil oneroſa:
ac ſolicita cuſtodia aīarum ꝯmiſſa alicui: vt curꝫ
ne ꝑeant: ſꝫ ſaluētur: que ꝯpetit ex. l. vel cōmiſ
ſione canonica aut cōſuetudine: ſeu p̄ſcriptione p

ſedem apoſtolicam non impꝛobataꝫ. Hec autem
ex diuerſis iuribus colliguntṫ. Uñ dicit. Cura eſt
vigil oneroſa ac ſolicita cuſtodia aīaꝝ. Hoc intel
ligitur ex eo qō legitur de eta. ⁊ qua. c. ītelleximꝰ
8. q. i. qui epatuꝫ. ⁊ alijs iuribus ꝯmiſſa alicui: vt
curet ne pereāt ⁊c̄. inſtruēdo. ſ. ſibi commiſſos in
fide ⁊ moꝛibus: necnō de vitijs fugiēdis ac virtu
tibus ⁊ bonis opibus exercēdis: vt pꝫ. 10. q. i. pla
cuit. ⁊ in eo qō nōtur de vi. ⁊ ho. cle. vt quiſq̄ꝫ. ex
quo ſequiṫ: ꝙ ſi male vel negligēter curet: obli/
gaṫ deo: ar. inſti. de inuti. ſtipu. §. ſi quis. cū exinō
teneṫ reddere rōnem: vt de off. oꝛ. irrefragabili.
⁊ de ſta. mo. cū ad monaſteriū. hoc aūt dꝫ curare
p̄dictis modis: necnō viſitādo coꝛrigēdo puniē/
do: ſacra eccl'aſtica exhibēdo: vt de elec. dudū. ⁊
de pe. ⁊ re. c. cū infirmitas. Caueat igiṫ: ꝙ ſemper
hanc obligationeꝫ p̄ oculis habeat: nec repiatur
negligēs doꝛmiēs vel doꝛmitās. Uñ pſa. ps. 141.
Non doꝛmitabit: nec doꝛmiet: qui cuſtodit iſrl'.
Nec miꝝ: ꝙ ſicut dicit beatus bern. Non doꝛ/
mitat: nec doꝛmit qui impugnat iſrael: iō curato
dr̄ ꝓuerbio. 6. Fili ſi ſpoponderis ꝓ amico tuo:
defixiſti apud extraneū manū tuam. i. opus ſolici
tudinis: illaqueatus es verbis oꝛis tui. ⁊ ſequiṫ:
te ipm̄ libera: diſcurre feſtina ſuſcita amicū tuuꝫ:
nec dederis ſōnum oculis tuis: nec doꝛmitēt pal
pebꝛe tue. Qꝫ ſi hoc diligenṫ ſeruauerit: eſto ꝙ ꝓ
pter duriciā plebis nō ꝓficiat: tutus erit: vt ꝓbaṫ
43. di. c. ſit rectoꝛ. ⁊ c. epheſis. Sed ñ omittat ſe
culare brachiū inuocare: eſto ꝙ peccatoꝛes ſine
effuſione ſanguinis nequeāt coartari: vt ō homi.
poſtulaſti. q̄ ꝯpetit ex lege ſcripta ſiue iure cōi ſi/
cut patet in epis: vt de offi. oꝛ. ꝯquerēte. ⁊ p̄latis
qui p electionē creanṫ etiā rectoꝛibus eccl'iarum
parochialiū: ex quo ſūt auctoꝛitate ſui iudicis in
ſtituti: vt hic pꝫ de offi. archid. cuꝫ ſatis. ⁊ in alijs
iuribus. Notandū ꝙ hꝰ cura extendiṫ ad oīes
hītantes infra limites p̄dictoꝝ: que rōne ⁊ ꝓuen
tus ſpūales exinde ꝓueniētes pcipiūt in vſus ne
ceſſarios ꝯuertēdoſ: vt de paroch. c. ſup eo. niſi in
aliq̄bus obſtet ꝯſuetudo: vt de deci. cum ſint. Hi
aūt limites q̄ꝫtū ad pochias p diſpoſitione epoꝝ
extendi pñt ex cā ⁊ reſtringi: vt legiṫ de exceſ. p̄/
la. c. ſicut. Et de hac cura tenenṫ curati reddere
rōnē: ſicut legiṫ de p̄uilegiiſ. c. 3. vel ꝯmiſſione ca
nonica ab epo generaliṫ vl' ſpālīter facta: ſicut pꝫ
in archid. de offi. archid. c. fi. ⁊ in vicarijs eccl'arū
ppetuiſ: vt de offi. vica. ad hec. Et ēt ex cā ad tp̄s
ꝯſtitutis: vt de ap. ꝓuenit. vel a papa p p̄uilegium
gñale vel ſpāle: vel p ꝯpoſitionē ex certa ſcīa ꝯfir
matā: vt de trāſac. veniēs. aut ꝯſuetudīe ſeu p̄ſcri
ptione. Nā ⁊ metropolitani in ſua ⁊ ēt in aliena
ꝓuīcia ⁊ epi in alienis dioceſibꝰ: ⁊ abbates ⁊ ar/
chidiaconi ⁊ capellāi ⁊ ſilēs iura epalia ⁊ pochia
lē curā ad hꝰ ptinētia: inq̄ꝫtū iſta pñt in eos cadē
p ꝯſuetudinē ⁊ p p̄ſcriptionē acq̄runt: ſicut de cō
ſuetudine ꝓbaṫ in eo qō legitur de elec. dudum.
⁊ de p̄ſcrip. auditis. Et aliqui dicūt ꝙ per compo
ſitionem nō acquiritur cura: niſi ſit p apoſtolicaꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſedem approbata:quibus nō aſſentimuſ:q2 iura
ↄtradicūt. Sȝ q̄ſtium ad pſonā priuatā hn̄ repro/
bat ↄſuetudo:vt nec curā acquirat ex ↄſuetudīe:
nec ſibi eligat ↄfeſſorē.hec oīa Jo.an.in nouell.
¶ Querit an abbas vel alius inferior epō poſſit
pſcribere inſtitutionē.ſ.in eccl̄ijs:⁊ dare curā aīa
rū. Circa hoc reperit quoddā ↄſiliū ad hˀ materiā
ꝓpoſitū datū p dn̄m recuperū eximiū doct.cui
aſſentit Jo.an.in caſu infra ſcripto ↄſultuſ. Quod
dā monaſteriū ē ſitū in dioceſi nucerina:⁊ ei epā
li iure ſubiectū:hoc monaſteriū hȝ ſub ſe capellaſ
vna cū cura ppl̄i:⁊ cū oīni admiſtratione: abbas
p̄dictus ē ↄſuetus ↄcedere ⁊ eis inſtituē rectores
⁊ hoc a tāto tpe:cuius ↄtrarij memoria n̄ exiſtit.
Epōs nucerinus aſſerens q̄ nullus alius q̄ȝ ipe in
ſua dioceſi pōt curā ↄmittere ppl̄i ⁊ aīaꝝ: monet
ꝑ litteras oēs ⁊ ſingulos clericos ſue ciuitatis et
dioceſis cuiuſcūq3 ↄditionis exiſtant hn̄tes eccle
ſias curatas:cuius iure cōmiſſionē ab eo adepti
n̄ eſſent:ſȝ ab alijs de facto cū de iure n̄ poſſent:
eas acceperūt:q̄ n̄ debeāt ſe intromittere:niſi eā
ab ipō p̄ recipiāt. Et ſi n̄ deſtiterint ab ipſa cura
infra menſē:fert in eos ſn̄iam excōicationis. Ca/
pellani eccl̄iaꝝ dicti monaſterij ad p̄dicta ſe n̄ te
neri dicūt:tū rōne dicte ↄſuetudinis:tū rōne cu/
iuſdā ſn̄ie late īter epm̄ nucerinū ex vna parte:et
dictū monaſteriū ⁊ eius capellaſ ex alia:a quodā
ſubdelegato cuiuſdā cardinalis pape delegati:et
arbitrio ⁊ ↄmiſſario electo a dictis ptibus. In q̄
cauſa dicūt dicti doct.q̄ capellani dictaꝝ eccl̄aꝝ
monaſterij dicte monitioni epi nucerini:n̄ tenent̄
parere:q2 ſm opi.glo.ſola ↄſuetudo pſcripta pōt
abbati hanc iuriſditionē tribuere: q̄ poſſit ↄmit
tere curā aīaꝝ:vt nō.de offi.ar.c.cū ſatis. Licȝ ibi
hoſt.ↄtradicat:cuius hoſt.opinio ē ↄtra obſeruā
tiā totius italie:vbi archipreſbr̄i ſiue plebani in
capellis ſuis.i.eccleſijs que ſūt ſub ſua plebania:
inſtituūt in ſpūalibus ⁊ tpalibus epō nullo requi
ſito. Et minime ſūt imitāda:que certā ⁊ longam
interptationē habuerūt.ff.de.leg.l.minime. Nec
obſtat dicta decre.que dicit obtētu alicuius ↄſue
tudinis:q2 illa pōt intelligi:niſi ſit tāti tpis: cuius
memoria n̄ extat in ↄtrariū:q2 taliſ ↄſuetudo licȝ
ſit ↄtra ius:n̄ requirit titulū:de pſcrip.c.i.li.vi.q2
loco ↄſtituti hētur.ff.de aqua quo.et.eſti.l.hoc iu
re.p̄terea ſaltem negari n̄ pōt:qn p illā ſn̄iam ſal/
tem paret titulus pſcribēdi illaȝ libertatē. p̄terea
qđ dicitur in.c.cū ſatis pōt intelligi de mandato
epi generali:ſicut dicit canō:q̄ ↄſecrationes epō
rum debēt fieri auctoritate apl̄ica ⁊ ↄſecrationes
baſilicaꝝ. Primū patet di.64.ↄſecrationes. Se
cundū patet de conſe.di.i.p̄cepta.⁊ ſequēti. Facit
ad hoc qđ notat Jo.di.20.ſanctorū circa fi.glo.
magne. Preterea eo ipō q̄ epōs ſcit talē ↄſuetudi
nē ⁊ patit̄:videtur dare licentiā:ſicut in caſu val
de ſimili notat archidiaconus.xvi.q.i.c.i. Et ad
dit Jo.an.in ↄſilio ad idē:nec p̄ hoc abdicatur ab
epō dominiū cure:ſi ille male regit:vel ſi populˀ
ab epō ipſo requirit que ſunt cure: cum ponatur
nec abbatem nec rectorē nec populum exēptos:
Item ſi plena exēptio clerici ⁊ populi cōtra epm̄
pōt haberi p preſcriptionē ſicut p priuilegiū:ſuffi
ciat de pri.c.ex pte.q2 iſta cerimonia que cōſiſtit
in verbo:⁊ eſt minima ps exēptioniſ:pſcribi non
pōt.hanc ſn̄iam dictoꝝ doctoꝝ ſequūtur fran.de
zab.⁊ plures alij doc.collegij canoniſtaꝝ vniuer
ſitatis florentine ↄſulti in ſimili caſu.d. Concludi
mus:q̄ lȝ de iure ↄmuni inſtitutio maxime auc/
torizabilis cure ſpectet ad epm̄:vt ꝺ hereticis.cū
ex iniūcto.cū ↄcor.ex iure tn̄ ſpeciali ſpectare po
teſt ad minores epō:de offi.dele.ſup eo.de pſcri.
auditis. Ex ſpāli iure dicas ↄſuetudinis pſcripte
vel etiam ex priuilegio. Poteſt tn̄ circa ius hoc
querendū ↄcurrere ſimul priuilegiū ⁊ pſcriptio:
vt de pſcrip.auditis.nec excludūtur ab hoc iure
abbatiſſa ⁊ monialis:ꝓpter ↄditionē ſexus vel
fragilitatis:immo huiˀ ⁊ multoꝝ ſimiliū ſunt ca/
paces:de quibus ſufficiat remittere ad notabileȝ
glo.her.in.c.dilectā.de maio.⁊ obe.⁊ in predicto
caſu.ſ.cum monaſteriū vel plebanatˀ n̄ ſit exēptˀ
pōt epōs viſitare illas eccl̄ias:in quibus abbates
ſeu plebani de antiqua ↄſuetudine inſtituunt re/
ctores:ar.de cen.cū venerabilis.nam licet ſpūa/
lia ↄceſſerit abbati :viſitationē tn̄ reſeruaſſe vi/
detur:quod dic vt notatur ꝺ dona.paſtoralis. Et
ſi concurrāt ambo:epōs prefertur:niſi aliud obti/
neant de ↄſuetudine ſpāli:vbi etiam ſciendū:q̄
ſi monaſteriū vel etiaȝ plebania ſint exempta:p
predictam tamē exemptionē non ſūt exempti pa
rochiani:niſi in priuilegio exemptōnis hoc habe
retur. Unde in his retinet epūs oīa iura. Dabit
ergo penitētias publicas:⁊ chriſmabit: ⁊ altaria
cōſecrabit:⁊ huiuſmōi ⁊ indulgentias ⁊c. Deci/
mas aūt habebit plebanus:vel qui prius habe/
bat epūs vel alius:nil enim iuris accreſcit vel de
creſcit in hoc laicis.16.q.i.ſi quis.ex quo populus
nō eſt exemptus:vt no.Jo.an.de priuile.cū perſo
ne.li.vi.in nouellis.vbi dicit:q̄ quādo populus
nō eſt exēptus:licet eccl̄a ſit exempta:curabit po
pulū epōs.10.q.i.regenda.

## Nemo deinceps paro

chialem eccleſiā alicui non conſtituto in etate le/
gitima a ſacerdotio cōmendare preſumat:nec ta
li etiam niſi vnam ⁊ euidenti neceſſitate vel vtili
tate ipſius eccleſie ſuadenti.huiuſmodi autem cō
mendā:vt pmittitur:rite factam declaramus vl/
tra ſemēſtris tēporis ſpacium nō durare. Statu
entes ſi quid ſecus de cōmendis eccleſiarum pa
rochialiū actum fuerit:eſſe irritum ipō iure. gre.
x.in concilio lugdunenſi ꝺ ele.nemo.libro.vi.ſu
per quo.c.Jo.an.in glo.dicit:q̄ cōmendare dici/
tur multipliciter:aliquando idem eſt qđ depone
re.vt.22.q.2.ne quis.aliquando pro honoratio/
ne ⁊ laudatōne:iuxta illud corin.8.non enim qui
ſeipſum commendat ille probatus eſt et cetera:
ſed hic aliter ſumitur ſcilicet prout importat cu/
ſtodiā eccleſie alicui ↄmiſſam. Et circa huiuſmōi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cōmendam mouet aliquas queſtiūculas ipſe Jo.
ꝛ ſoluit in glo. Et pmo querit vtrū talis cōmen/
datarius ſit platus? ꝛ dicit ꝙ nō: ſed tm̄ ꝓcurator
hꝫ tm̄ legitimā admiſtrationē. zi. q. i. relatio. ꝛ hoc
intelligas cū debito mō fit. ſ. ꝓut hic dicit. ¶ Se
cūdo queritur: an tal' faciat fructus ſuos? dicit ꝙ
non ſm bar. qꝛ cuſtos ē: ius in eccl'ia habet. tenet
tm̄ archidiaconus: ꝙ vbi eccl'a indiget: poterit ta
lis pn̄tare clericū ordinādū ad titulū talis eccl'e:
vt de iurepa. poſtulatus. nec etiā in fructibus ius
hꝫ: niſi ad colligendū gubernandū ꝛ ꝓuidendū
ſibi ꝛ miniſtris: ꝛ qd̄ ſupeſt in vtilitatē eccl'e ꝯuer
tendū: ſicut ꝛ de viſitatore dr̄: di. 61. obitū: ꝛ hoc
tenet hoſti. ſed ꝯtrariū ſit de facto. Sꝫ nūquid ta
lem cōmendatā eccl'am impetrans tenet de cō/
menda facere mentionē? dicit ꝙ ſic ar. de conce.
pben. cū noſtris. Sed nūquid ad talē cōmendā
patronus vocabit? dic ꝙ ſic ſm inno. hoſt. ꝛ bar.
ar. 16. q. 7. filijs. Jdem in alijs qui ex tali cōmēda
leduntur. Si aūt fuerint ꝯtumaces: vlterius n̄ audi
entur. Sꝫ nūquid ordinariū ꝯferri poterit inte/
rim: dū durat cōmēda vel reuocari? Rn̄deo: dic
ꝙ nō ſm bar. niſi ceſſet cā: ex qua facta fuerat: ar.
de vo. c. magne. Sꝫ quid ſi ꝯceſſuꝫ fuerit epo: ꝙ
vſqꝫ ad certū tēpus fructus vacantiū eccl'iarū p/
cipere poſſit. nūquid ptextu talis indulgētie fru/
ctus bn̄ficij cōmendati poterit retinere? Rn̄deo
nō ſm guil. cum cōmēda ius tribuat: vt ſupra di
xi. Et qͣuis quidā dicant: ꝙ eps cōmendare pōt
tm̄ vſqꝫ ad illud tps: quo pōt ꝯferre. ſ. vſqꝫ ad. vi.
mēſes: tūc ſm guil. eſt falſū. ſi. n. vel. 3. die poſt va
cationē cōmendaret: nō duraret cōmenda p ſex
mēſes: quod tm̄ pōt per hanc ꝯſtitutionē. Si igit
vltima die. vi. menſiū qui ſibi ꝯceſſi ſunt ad ꝓui
dendū: fiat cōmēda: durabit cōmenda: ꝛ hoc di/
cit ꝯſtitutio hec: caueat tm̄ ordīarius vt priuſqꝫ to
tū tempus ſuū labatur: cōmēdā faciat: qꝛ poſtea
facere nō poterit: ar. de offi. dele. de cauſis. ul' dic
ꝙ etiā illo finito ꝙ eā poterit cōmendare alicui
cuſtodiendā ꝛ ſaluandā: donec ſupior ꝓuideat: ꝺ
appel. c. cū teneamur. Sꝫ nūquid finitis ſex men
ſibus poterit ordinarius eandē iterato ei pſone
vel alteri cōmēdare? videtur ꝙ ſic ex cāis hic ex
preſſis: qꝛ tps lateranēſis ꝯcilij nō currit penden
te cōmenda ex cā facta. Sꝫ certe mens hꝰ ꝯſtitu/
tionis ꝯtradicit: alias fraus ei fieri poſſet: ꝛ perpe
tuo fieri: ar. de diuor. qͣrto. vel diſtingue vtrū cō/
menda fiat intuitu eccl'e vel pſone: vt ſupra facta
intuitu eccl'e. i. vtilitate. puta ad reparādū: teneat
facta. Jntuitu pſone. i. vtilitate eius: vt inde fruc/
tum pcipiat ꝛ n̄ tenet. Sꝫ nūquid expirat cōmē/
da morte cōmendātis? Rn̄deo ſm guil. nō vt de
cōmoda. c. i. Sꝫ nūquid pōt hēre plures cōmen/
datas? Rn̄deo ſic: duas eccleſias curatas ſm ti/
tulum habere nō poteſt: ita nec curatas in cōmē/
dam: vt hic patꝫ niſi ex diſpēſatione pape in vtro
qꝫ caſu: ſed vnā intitulatam ꝛ vnā cōmendatam
curatas ab ordinario habere poteſt ſm antiquū
ius. zi. q. i. ꝙ plures. ſed cū hac moderatione hꝰ. c.

¶ Titulus. xxi. de ſtatu epiſcopoꝝ archiepoꝝum
ꝛ patriarchaꝝ. Sermo. c. i.

P Ro patribus
tuis nati ſunt tibi filij: cōſtitues
eos principes ſup omnem ter/
rā: memores erunt nominis tui
dn̄e. ps. 138. hec ver pſal. expōit
aug. p epis di. 68. quoꝝ. ſic dicens. Patres miſſi
ſunt apl'i p apl'is: filij nati ſunt: cōſtituti ſunt epi:
ipa eccl'a patres illoſ appellat. ſ. epos: ipſa illos ge
nuit: ꝛ ipa illos ꝯſtituit in ſedibus patrū. Non ḡ
te putes deſertā: quia non vides petꝝ: qꝛ n̄ vides
paulū: p quos nata es de ꝓle tua creuit tibi pa/
ternitas. Filios genuit eccleſia: ꝯſtituit eos prin/
cipes ꝓ patribus ſuis ſuper omnē terram. hec ibi
vbi tria poſſūt notari de epis in ipſa auctoritate
pſal. inducta: ꝓ patribus tuis nati ſūt tibi filij ꝛc.
¶ Primū eſt: ꝙ debēt habere vite ſanctitatem:
ibi: ꝓ patribus tuis nati ſūt tibi filij. ¶ Secundū
ꝙ debent habere cure poteſtatē: ibi: ꝯſtitues eoſ
principes ſup omnem terrā. ¶ Tertium eſt: ꝙ de
bent afferre eccleſie vtilitatē: ibi memores erunt
nominis tui. Sicut filius naturalis corpaliter vt
in pluribus patrizat: ita ꝛ filius ſpūalis debet mo
res bonoꝝ prm̄ imitari ſm illud ſaluatoris Jo.
8. Si filij abrae eſtis: opa abrae facite. Epi ḡ cū
dicant filij apl'oꝝ ſm expoſitionē datā ab augu.
hꝰ partis ꝓ patribus tuis nati ſūt tibi filij: debent
ḡ imitari: ꝛ hoc ē quod dicit hiero. diſ. 40. Nō ē
facile ſtare in loco petri: ꝛ pauli tenere cathedraꝫ
regnantiū cū xpo. Non ſanctoꝝ filij ſunt: qui te/
nēt loca ſanctoꝝ: ſꝫ ꝙ exercent opa eoꝝ: ꝛ idē ſup
micheā. Si in apl'oꝝ loco ſumus: n̄ ſolū ſermonē
eoꝝ imitemur: ſꝫ ꝯuerſationē ꝛ abſtinentiā: di. 35
Eccl'e. Jdem ad heliodoꝝ. Non oēs epi ſūt epi
ſ. merito ꝛ re. Attende petrū: iudā ꝯſidera: ſtepha
nū ſuſcipe: nicolaū reſpice. Cornelius cēturio ad/
huc ethnicus dono ſācti ſpūs mundat. Preſbroſ
puer daniel iudicat: infatuatū ſal ad nihilū ꝓdeſt:
niſi vt ꝓijciat foras: ꝛ a porcis ꝯculcet. z. q. 7. nō
oēs. ꝛ augq. eadē. Qui nec regimis in ſe rōnem
hūit: nec ſua delicta deterſit: nec filioꝝ crimē cor
rexit: canis īpudicus magis dicēdus ē: qͣꝫ eps. De
bēt ḡ epi eſſe imitatores patrū ſuorū. i. apl'oꝝ in
oī ſāctitate vite: paſcētes n̄ ſemetipos vt mali pa
ſtores: ꝙ aliud n̄ q̄rūt ab ouibꝰ niſi lanā ꝛ lac: ꝯ qͦs
inuehit dn̄s p ezechielē ꝓphām ezech. 34. c. ſꝫ de
bēt paſcē exēplo gregē ſuū ſm illud. i. pe. 5. Paſci
te eū: ꝙ in vobis ē gregē nō turpis lucri grā: neqꝫ
q̄i dn̄antes in clero: ſꝫ forma facti gregis ex aīo:
oēs illas ꝯditiōes ꝟtuoſas qͣs ponit aplus. i. ti. 3.
Oꝫ epm eē ſine crimīe ꝛc. Expoſitionē āt illorū
habes ſupra in ti. de clericis. in prin. ꝛ vt dic gre.
di. cēteſima ꝯtra morē. Nihil ī epali ceruice ſplē
didius fulgꝫ: qͣꝫ hūilitas: pietatē quoqꝫ ꝛ paſſionē
ad delinquētes ꝛ pcipue ad penitētes dꝫ hr̄e. Vn
de ambroſius de pe. di. i. ferpēs: ingt: paſtor ille